TRACTATVS

DE CHARITATIVO SVBSIDIO, ET Decima beneficiorum per Excellentiss. Iurisconsultum D. Bartholomæum Bellencinum Mutinensem olim Sacri Palatij Auditorem consumatiss. Primum in lucem æditus per Clariss. V. I. Interpretem D. Aurelium Bellencinum eius Germanum; Nuper autem instauratus, & castigatus, ac postea secundo in lucem æditus per R. D. Anto. de Prætis de Conscilice I. V. D.

ET PER EVM SVO PASTORALI Clypeo non immerito annexus; Cum suis Summarijs, Epitho. & Indice alphabetico, per eundem additis ad communem omnium Episcoporũ, ac aliorum Clericorum vtilitatem.

Romæ in Vico Peregrini,
M.D.XLIIII.

Cum Priuilegio Summi Pontificis.

INDEX NOTABILIVM QVE CONTINENTUR in singulis. Quest. Tractatus de charitatiuo subsidio domini Bartholomei Bellencini. I.V. Doctoris clarissimi per eundem dominum Antonium de pretis de consilice. I.V. Doctorem.

A

Index

Index.

Index

G

H

sancti

b

Index.

Index.

Q

Index

Index

FINIS.

Tractatus de charitatiuo

SVBSIDIO, ET DECIMA BENEFIciorum Excel. V. I. D. D. Bartholomæi Bellencini olim Rotæ Auditoris. Nuper cum Summariis, & Repertorio, summa cum diligentia excussus.

Quoniam plerunq; inter prelatos & subditos super exactione charitatiui subsidii contentiones & iurgia oriuntur, ideo ad laudem dei ac gloriosissime virginis matris eius Marie & ad communem vtilitatem, vtq; lites facilius euitari possint, Hunc tractatum de charitatiuo subsidio currente anno domini nostri Iesu christi. M.cccc.lxxvii. regnante Sixto Papa quarto componēdum duxi, quem cuiuslibet correctioni atq; emendationi sublicio, in quo de subsidio quod prælati a clericis suis exposcunt dumtaxat tractare intendo, non autem de collectis & oneribus que principes seculares tam subditis suis laicis q̄ clericis & ecclesiis in eorum dominiis existentibus imponūt quia incassum esset laborare & frustra mēbranas occupare vt. xix. di. c. in memoriam.

¶ Quis possit imponere subsidium charitatiuum.

Epithome.

1 Episcopi, archiepiscopi, patriarchæ, & primates possunt imponere charitatiuum subsidium.
2 Papa pro libito potest charitatiuum subsidium exigere
3 Dominus tēpore necessitatis potest chari. subsi. imponere pro seruitiis personalib. vsq; ad valorem operarum.
4 Reges quomodo imponant huiusmodi subsidium.

Quest.i.

1 Primo quero, qs possit petere subsidium charitatiuum.+ Respondeo episcopi, archiepiscopi, patriarche, seu primates in ciuitatibus & diocesibus suis, tex.est in.c.conquerente.in fi. de offi.ordi.& in.c.cum apostolus,§.prohibemus. de cen-
2 si + De papa non est dubium quia quandocunq; sibi videbitur potest exigere charitatiuum subsidium cum sit dominus omnium vt inquit Hosti.in summa de censi.§ ex quibus causis.ver.& breuiter.allegat .c. nunc vero.&.c.cuncta per mundum.ix.q,iii.bene facit tex.in.c.ii.de preben.li.vi.& in cle.i.in fi.vt lite pēden. ¶ Et dicit Bal.in.l.i.in fine.C,de ope.liber.ꝙ tempore necessi-
3 tatis pro seruitiis personalibus,+ Dominus potest imponere suo subdito charitatiuum subsidium vsq; ad valorem operarum,vel mādare subdito ꝙ seruiat alteri in eisdē operibus vt.l.si libertus artē.ff.de ope.liber. ¶ Si-
4 militer dicit Bal.in.d.c.conquerente.in fi. ꝙ + Reges possunt imponere ista subsidia,sed prius debent imponere sibi postea aliis si mensa regis non sufficit, allegat. l.ab omnibus.§.si titio.& quod ibi notat Dy.de leg.i.

¶ Archiepiscopus,patriarcha,& primas non possunt extra suas dioceses imponere charitatiuum subsidium nisi consuetudo esset in contrarium.

Epithome.

1 Metropolitanus potest subditos suffraga.monere ad sub si.non autem compellere.
2 Quod non reperitur, permissum censetu rprohibitum,
3 Relatio fieri debet ad proxima.
4 Diuersitas facit ꝙ dictū in vno nō cēsel repertū in alio.
5 Primas fere in omnib.est idem quod patriarcha.

6 Tex.in.c.vt preterito de elect. dum dicit de bonis patriarchatus quomodo intelligatur.

7 Consuetudo valeret ꝙ archie.patriarcha.& primas exigerent subsidi.chari. a subditis suffraga.

8 Punitio subditorū suffraganeorū denegātium charita. subsidium archiepiscopis ex consuetu. debitum spectat ad suum episcopum,non ad archiepiscopum.

Q uest,ii.

Secundo quero,an archiepiscopus extra diocesim suam etiam ab ecclesiis prouincie sue possit exigere charitatiuū subsidiū.Hostiē.i.c. vt preterite de elect. cū quo transit ibi Anto.de but.tenet ꝙ patriarcha de iure pōt propter magnas expēsas ꝑ cōmuni vtilitate ecclesie factas exigere charitatiuū subsidiū ab omnibus ecclesiis que sunt de patriarchatu suo ꝑ illum tex.& per regulam quod omnes tāgit.li.vi.Et idē videtur sentire de archiepō quo ad illos de prouincia sua,& cū illo dicto Hostiē.videtur transire etiam Gasp.cal.in suis cōsiliis in titu.de censi.cōsilio.iii. ¶ Sed contrariū credo esse verius de iure,& ꝑ hac parte videt casus in.c.romana in fi.de peni.& remi li.vi.vbi solū permittitur metropolitano ꝙ possit subditos suffraganeorū ad subsidiū charitatiue moneī quasi velit tex. ꝙ nō possit cōpellere,& hoc ibi sentit Hosti.& aptius ibi Domi.i ver.q̄ro quare isti nō pňt cōpellere Itē cū hoc iure nō reperiat Archiepis ꝑmissum, eis censetur inhibitū ꝑ tex.in.c.romana.de supp.neg .prela.li.vi. ibi. Cū id non inueniatur a iure cōcessum.& ꝑ tex. in.c.pastoralis.in prin.de off.ordi.Nec obstat.c.cū apostolus.§ ꝓhibemus.ver.sustinemus aūt.ibi,Moderatū ab eis valeāt auxiliū postulare.de cēsib.qa dico ꝙ ille ver.solū refertur ad principiū.§.prohibemus.aduertendo ei ꝙ dixerat prohibēdo ne epī subditos suos taleis grauare presumant loquendo de solis episcopis, non autē refertur

ille.ver.valeant &c.ad.§. quo circa proxime preceden tem,vbi dicebatur de procurationibus episcoporum
3 & archiepiscoporum prouincias visitantium. ✝ Quia relatio fieri debet ad proxima vt in.c. cū dilecti .de do nat.&.l.si idem cum eodem.§.fi.& ibi no.ff.de iurisdi. om.iudi.Et quia ex quo constitutio est diuersa per. §. clausule apposite in vno non referuntur ad alium vt no tat glo.in.c.vnico.in verbo sic postulatus.de postu.prela.li.vi.& in cle. cupientes.§. fi. de penis. ¶ Diuersitas
4 ✝ Enim capitulorum facit ꝙ dictum in vno non censetur in alio repetitū vt plene nor.Bar.in.l.pretor .§. erat itaq3.ff.vi bon.rap.& in.l.talis scriptura. de leg. primo & Abb.sicu.in.c.secūdo requiris.de ap.Et quia si ista interpretatio fieret ꝙ dictus,ver.sustinemus autem . haberet locum in archiepiscopo quo ad prouinciam suam posset per eam inferri grauamen ecclesiis contra.c.i. de consue.Et idem dico de patriarchis quo ad ecclesias pa
5 triarchatus sui.Et idem de primate ✝ Qui idem est fere in omnibus quod patriarcha, vt est tex.in.c.ii .xcix. di.& habetur in tex.& glo.in.c.cleros.xxi.di.quoniam ad instar archiepiscoporum in prouincia sua patriarche seu primates in patriarchatu suo nihil possunt nisi quatenus de iure eis hoc reperitur permissum tex. est in.c. conquestus .ix.q. iii. & in.c. duo simul. de offi . ordi. ¶ Non obstat dictum.c.vt preterite quia ille tex . dum
6 dicit de bonis patriarchatus.✝ Intelligitur de bonis camere ecclesie patriarchalis,non autem de bonis ecclesiarum que sunt in patriarchatu quod indicant ibi verba sequētia dummodo ecclesie bona non fuerint occupata & ita illum tex . intelligunt ibi Gof. & Abb. siculus ¶ Predicta tamē itelligo vera nisi cōsuetudo eis tribueret hanc facultatem exigendi charitatiuum subsidium etiam a prouincialibus vel existentibus de patriarcha-
7 tu, ✝ Quia talis cōsuetudo bene valeret, vt expresse te-

nent Hostien.& Anto.in dicto.c.vt preterite.de elec. & Gasp.calde.in suis consil.in titu.de censi.consi. iii. Pro quibus est casus expressus in terminis i extrauagan.Bene dicti.xii.que incipit, Vas electionis,§.premissis quoq;. In verbo vel consuetudine,bene facit tex.in dicto.c. cõquesus & in.c. romana.§. primo de foro compe.lib. vi.& in. c.romana.§. primo de appella. li.vi. ¶Dicit tamen Anto.post Inno.& Hosti.ꝙ si subditi suffraganei archiepiscopo metropolitano denegarent charitatiuum subsidium vel hospitiũ ab eis ex gratia petenti, ✝ Non archiepiscopus sed episcopus suus eos punire poterit, quia inhumaniter se habuerunt contra suum archiepiscopum vt ipse Anto.de but,refert in.c.cum ex officii.in prima col.de prescrip.

¶Cardinales ab eccle.subiectis titulis suis possunt exigere charita.subsi,quia habent in eis iurisdict.epalẽ.

Episthome.

1 Cardinalibus cõpetit iurisdictio in ecclesiis subiectis suis titulis
2 In.c.his quæ de malo.& obe.enumerantur ea, que cõperunt Cardinalibus in ecclesiis suis titu.subiectis.
3 Cardinales habent iura episcopalia in dictis ecclesiis.
4 Enumeratio facta in.d.c.his que fuit causa exẽpli, ideo non restringit.

Quest.III.

1 Tertio quero, an cardinales ab ecclesiis seu capellis sub ectis titulis suis i quibus de iure communi eis competit. ✝ Iurisdictio,vt est tex, in.c. querelam.de elec. possint exigere charitatiuũ subsidiũ sicut possunt eas visitare,& ab eis procurationes recipere,vt est tex.in.c.cum apostolus.§.i.de censi. Videtur dicendum ꝙ non quia licet cardinales in ecclesiis titulis

A iii

suis subiectis habeant pinguius ius q̃ alie matrices eccle sie in capellis sibi subiectis vt inquit Innocē. in.c. dilectus.in glo.sua que est super verbo de iure cōmuni de ca pel.monac.& Io.an.in.c.dilecto.quem sequitur ibi dominus Anto.de but.de offi.archi. Tamen istud piguius ius non reperitur in iure specificatum in exactione charitatiui subsidii,vt patet in tex,in.c. his que.de ma.& obe. ✝ Vbi enumerantur illa que competunt cardinalibus in ecclesiis titulis suis subiectis inter que hoc non enumeratur. ¶ Sed tamen contrarium dico esse verum de iure per doctrinam Io.mona.in.c.vnico.de maio.& obe.li.vi. ✝ Vbi dicit ꝙ cardinales in ecclesiis titulis suis subiectis habent iurisdictionem episcopalem & iura episcopalia,& ita refert papam sibi respondisse,& sequuntur ibi Io.and.& Domi. Et idem tenent dominus Anto de butri.Io de Imola & Abbas sicu.in dicto.c.his que,& latius ceteris dominus Cardi.zaba.post Math.in clemen.ne romani.§.irritum.in.ii.q̃ōne de elect. ergo quemadmodum episcopi possunt exigere charitatiuum subsidium ab ecclesiis sibi subiectis,vt dictum est supra in prima q̃ōne,ita & cardinales ab ecclesiis titulis suis subiectis. ¶ Nec obstat.c.his que preallegatum, quia nō sequitur ibi non enumeratur exactio charitatiui, subsidii,ergo non pōt exigi ꝙ patet quia ibi etiam nō enumeratur institutio & destitutio.& tamen illa spectat ad cardinalem vt dicit Inno.in dicto.c.dilectus. & est tex. in preallegato.c.querelā.Illa enim ✝ Enumeratio specierum iurisdictionis quam fecit papa in dicto.c.his q̃. potius facta est causa exempli.& ideo non habet restringere solum ad specificata vt est.tex.in.c.i.ne cle.vel mona.l.damni infecti stipulatio.ff.de damno infec.

¶ Prelati seculares episcopis inferiores non exigunt Cha. subsi.nisi ex priuile.vel consuetu.

Epithome.

1 Dictio vero aduersatur precedentibus.
2 Dictio nullam quid importet.
3 Prelatis inferiorib.episcopis pauca de iure communi competunt.

Quest.iiii.

Quarto quero, An prælati seculares inferiores episcopis, puta archidiaconi, decani, archipresbyteri, prepositi & similes possint exigere charitatiuum subsidium ab ecclesiis prelature vel dignitati sue subiectis glo.in.c.cum apostolus.de censib.in ver bo exactiones.tenet ꝙ sic,& eam sequuntur ibi Gof. & Phili.Et idem tenet Archid.in.c.dictū est.xciiii.distin. ¶ Sed contrariū tenent Pet.& Abb.antiquus in dicto.c. cum apostolus.quorum opinionem sequuntur ibi Hostié.& Anto de butri.dicentes hoc eis non licere nisi ex priuilegio vel consuetudine eis permissum reperiretur. Et ista videtur esse communis opinio quā tenet Archi di.in.c.iuxta sanctionem.xvi.q.i. Et idem sentit Hosti. in summa de offi.ordin.§.quid pertinet.ver.quid si reli giosi talias.Et istam opinionem teneo,pro qua bene facit tex.in dicto.c.dictum,que etiam iudicio meo ꝓba tur ex textu dicti .c.cum apostolus.§. prohibemus qui cum primo permisisset episcopis exigere charitatiuum subsidium postea subiicit.vers. Archidiaconi vero siue decani nullam in presbyteros seu clericos exactionē exer
1 cere presumant.Pondero verbum ✝ Vero, quod venit ad correctionem & moderationem seu aduersantiam precedentium vt est textus cum glo.in.c.statutum.§. cū vero.de rescrip.li.vi.cum similibus.Pondero etiam ver
2 bum ✝ Nullam.quod verbum generale videtur inclu dere et charitatiuū subsidium,& pro hoc facit.c. ad au
3 res.de excessi.prela.& qa talibus prelatis valde pauca ✝ de iure cōmuni competūt nisi plus sibi de cōsuetudine

competere reperiatur vt in.c.cum satis &.c. ad hec. & ibi plene notatur de offic.archidi.quia ratione consuetudinis bene ei hoc liceret vt dixi supra in secunda questione.Et idem si super hoc haberet speciale priuilegium a papa vt est tex.in extrauaganti Benedicti duodecimi que incipit. Vas electionis.§.premissis quoq; . in verbo ex apostolica indulgentia.

¶ Abbates non possunt exigere charita.subsi. nisi ex consuetu, generalis autem potest.

Epithome.

1 Abbates vel priores ab eccle. non pleno iure, subiectis non exigunt charita. subsidium nisi ex consuetu.
2 Generalis totius ordinis pro vtilitate communi potest exigere.
3 Quando ecclesiae sunt pleno iure subiecte quid dicendum sit,

Quest.v.

1 Quinto quero An abbates vel priores possint exigere ✝ Charitatiuum subsidium ab ecclesiis secularibus vel regularibus monasteriis suis non pleno iure subiectis.Dico ꝙ non nisi hoc habeat cõsuetudo per ea que dixi supra proxima questione.& pro hoc facit.c.auaritie de preben.& clemen.quia regulares. §.eadem quoq; auctoritate.de supple.negl. prela. & .c. prohibemus de censi ¶ Consuluit tamen Gasp.calde.in 2 suis consiliis in titu.de censi.consilio tertio, ✝ ꝙ si generalis totius ordinis fecit magnas expensas in promotione pro communi vtilitate religionis poterit propter hoc exigere charitatiuum subsidium a tota religione si non potest soluere de bonis prelature ¶ Si autẽ ecclesie sub3 iecte ✝ Essent monasteriis pleno iure, tunc qd iuris sit.Dicendũ vt plene habetur per glo.& Arch.xvi.q.ii.in sum

ma.&.c.l.& per Inno.in.c.in lateranensi.de preben. & in.c.cum & plantare.§.in ecclesiis. vbi etiá glo. & doc. de priuilegi.& plenius cæteris per Anto.debutri. in.c. de monachis.de preben.

¶Commendatarius perpetuus potest exigere charita.subsidi. ab eccle.sibi subiectis.

Epithome.

1 Commendatarius licet non habeat titulum habet tamen legitimam administrationem.

Quest.vi.

Sexto quero, An commendatarius perpetuus ecclesie cathedralis prout sunt communiter cardinales possit exigere charitatiuum subsidiū ab ecclesiis sibi subiectis ac si haberet ecclesiam in titulum. Respondebo ꝙ sic per ea que notat Archidi.in.c.nemo deinceps.de elec.lib.vi.& in.c.qui plures.xxi.q.i.& Innoc.in.c.si confiteterit.de accusa.& dominus Cardi.zaba.post Zenze.in cle.si.in.xii.questione de procura.vbi dicunt ꝙ licet commendatarius non habeat titulū ecclesie,† Tamen habet legitimam administrationem,& potest exercere iurisdictionē que cōpeteret epō titulato.

¶Capitulum,& collegium cardinalium se. Vacan.in necessitate possunt exigere charita.subsi.

Epithome.

1 Ecclesia quando dicatur quasi vacare.
2 Collegium Cardi.quando possit exigere subsi. charita.
3 Cautela pro cauta solutione sede vacante facienda
4 Lex prouidit administratori pupilli pro eo soluenti.
5 Ecclesia carens rectore tenetur ad solutio.subsidii charitatiui.

6 An dicta ecclesia possit iudicialiter compelli ad dictam solutionem.

Quest. vii.

Septimo quero, An capitulum sede episcopali vacante possit exigere subsidium charitatiuum a clericis diocesanis Respondeo ꝙ sic secundū glo. in. c. cupientes. §. ad hec. in verbo aliunde. vbi etiam hoc firmant Io. mona. Archidi. & Domi. de elec. li. vi. Idem etiam voluit Domi. in. c. vnico. ver. xvii. an possit, de malo. & obedi. lib. vi. Et idem dico si

1 ecclesia non vacaret sed quasi vacaret, ✝ Puta quia episcopus captus esset ab hostibus, vel alias ei esset interdicta administratio nulla alia adhuc facta per papam prouisione de administratore ecclesie per tex. in. c. si episcopus a paganis. de supp. neg. prelat. lib. vi. & per id quod notat glo. in clemen. i. in verbo sede vacante. de hereti.

2 ¶ Similiter dico ꝙ collegium ✝ Cardinaliū sede vacante potest imponere generale subsidium omnibus beneficiatis dummodo immineat grandis & euidens necessitas, & periculum ecclesie immineat nisi imponatur & hoc fiat de consensu omnium cardinalium per tex. in c. vbi periculum. §. idem quoq;. de elec. li. vi. & glo. ordinaria. in. c. ad succidendas. in verbo sede vacante. de scisma. lib. vi. Alias autem cardinales non hoc possent vacante sede per tex. in clemen. ne romani. §. irritum. de

3 elect. Volens autem ✝ Caute soluere vacante sede debet procurare ꝙ iudex iubeat ei ꝙ soluat & eius auctoritate soluat secūdū Hosti, & Do. Ant. in. c. fi. ne sede. vacā.

4 sicut in simili prouidit ✝ Lex soluenti administratori pupilli vt. l. ait pretor. §. permittitur. ff. de mino. ¶ An

5 autem ecclesia vacans ✝ Seu carens rectore teneatur ad solutionem charitatiuā subsidii. Dico ꝙ sic per tex. optimum cum glo. in verbo oneribus. in. c. presenti. §. porro. de offi. ordi. lib. vi. & in. c. charitatem. xii. q. ii. vbi

pater ꝙ ista solutio fiet per iconomum. Et an ecclesia vacans possit tunc iudicialiter + ad hanc solutionem cōpelli. Pendent ex his que habentur in dicto.c.fi. ne sede vacan.

¶ Administrator datus per papam eccle.cathe. potest exigere subsi.charita.

Epithome.

1 Coadiutor simpliciter datus episcopo pōt omnia que potest episcopus.

Quest. viii.

Octauo quero, Vtrum administrator datus ꝑ papam ecclesie cathedrali vacanti possit a subditis illius ecclesie exigere charitatiuum subsidium. Respondeo ꝙ sic per tex.in.c.is cui.de elec. lib. vi.& in.c.vltimo in fi.de supp.negl.prel.li.vi. & in.c.cū nobis oli.in fine.de elect. ¶ Et idē dico de coadiutore episcopo simpliciter dato per ea que notant Ioā.and.& Anto.de butri.in.c.vltimo de cler.egrotan. vbi dicunt 1 ꝙ coadiutor simpliciter datus + Episcopo omnia potest que potest episcopus preter alienationem bonorum sibi inhibitam per.c.vnicum de cle. egro.li.vi.

¶ Electus & confirmatus, potest exigere charita. subsi.

Epithome.

1 Exigere charitati.subsi. est iurisdictionis non ordinis.
2 Electus expediat bullas pro cautela.

Quest. ix.

Nono quero, Vtrum episcopus electus & confirmatus nondum consecratus possit exigere charitatiuum subsidium. Respōdeo ꝙ sic cum

1 hoc sit iurisdictionis + Non ordinis,& hoc probatur per tex.in.c.conquerente.in fi.de offi.ordi.iuncto.c.trāsmissam.de elec.Caueat tamen ꝙ prius expediat + Bullas suas ne incurrat penam extrauagātis Bonifa.viii.que incipit,Iniuncte.

¶ Episcopus cum consilio capituli exigit charitatiuum subsidium.

Quest.x.

Decimo quero Quando episcopus a clero suo exigere vult charitatiuum subsidiū, an requiratur consensus capituli.So. Inno.in.c.cū apostolus.de censi.quem sequuntur ibi.Io.an.& Anto. de but.dicit ꝙ episcopus hoc non debet facere sine consilio capituli sui & etiam ipsorum clericorum per.c.nouit.&.c.quanto.de his que fi.a prela.Cal.tamen in suis con sil.in ti.de censi.consi.iii. tenet ꝙ requiratur consensus capituli sed primum communiter tenetur. Si vero ageretur de imponendo nouo censu ecclesie, quia tunc ageretur de re grauiori.l.de perpetuo preiudicio ecclesie. Dicit Hosti.in.c.significauit.de censi,quem sequitur ibi Anto.de butri.ꝙ eo casu bene requiritur consensus capituli.Et idem repetit Hosti.in.c.cum clerici.de pac. quē sequuntur ibi Ant.de bu.& Abb.sicu.Licet glo. videatur aliter velle in.d.c.significauit.

¶ Vicarius episcopi non potest imponere,nec exigere chari.subsi.nisi ex speciali mandato.

Epithome.

1 Exactio requirit speciale mandatum.
2 Quid non dicatur venire in mandatum generale.

Quest.xi.

Undecimo quero, An vicarius episcopi sine speciali mádato episcopi possit imponere & exigere charitatiuum subsidium. Non reperio,q.hanc specifice tactam,sed Fede. in consil.suo. cccvi.quod incipit,Reuerende pater dicitur in iure vbi multa tractat de potestate vicarii,& videtur sentire ꝙ si episcopus constituit vnum solum vicarium suum generalem ꝙ hoc non poterit,dicit ꝙ enim talis non poterit visitare,quia in visitatione inest inquisitio & correctio,que non veniunt in generali mandato vt est tex.in. c.ii.de offi.vica.li.vi.Sed si esset constitutus vicarius generalis in temporalibus & spiritualibus tunc magis dubitat dicens ꝙ talis prædicta omnia poterit dumtamē non sint nimis ardua & inuerisimilia & incogitata & exigentia speciale mandatum.Ex quibus verbis Fed.credo ꝙ neutro cāu vicarius poterit imponere & exigere charitatiuum subsidium nisi hoc sit sibi specialiter ab 1 episcopo demandatum,quia exactio requirit. + Speciale mandatum vel saltem generale cum libera quod speciali equiparatur.l.procurator cum libera.ff.de procu.Item quia non est verisimile episcopum in generali mandato de tali materia cogitasse,nec forte sibi fuisset 2 hoc in specie concessurus,ergo non dicitur + Venisse in mandato generali arg.c.vltimo de offi.vica.lib.vi.& regule iuris in generali.li.vi.

¶ Legatus delatere potest exigere charitatiuum subsidiū in tota prouincia.

Epithome

1 Iurisdictio legati est ordinaria
2 Iurisdictio legati stricte est intelligenda.
3 Iurisdictio legati est improrogabilis.
4 Legatus pape omnia potest que pōt quilibet ordinarius

5 Legatus papæ habet omnib. maius Imperium in sua prouintia.
6 Legati iurisdictio fauorabilior est q̄ ordinaria episcopi
7 Procurationi legati magis fauetur q̄ procurationi epi.
8 Facilior surreptio fit in literis legati, q̄ episcopi.
9 Iurisdictio ordinaria de iure communi non competit abbati nisi ex priuilegio.
10 Legatus papæ non potest reseruare omnes fructus beneficiorum vacantium.

Quest.xii.

Duodecimo quero, An legatus pape in tota prouintia sua possit exigere charitatiuum subsidium presertim si sit legatus de latere Videtur dicendum ꝙ non, quia licet iurisdictio legati sit ✝ Ordinaria vt est tex.in.c.ii.de offi.lega. li. vi. Tamen est superindicta & ✝ stricto modo intelligēda vt voluit glo.pen.in cle.ii.de offi.ord.pro qua bene facit.c.presenti.de offi. lega. lib. vi. Et est iurisdictio ✝ Improrogabilis secundum Hostiē.in.c.pe. & ibi clarius Anto de but.de offi.lega, Hec autem exactio charitatiui subsidii a iure legatis nō reperitur permissa, ergo non est extendenda eorum facultas. ¶ Tamen contrariū de iure credo esse verum per doctrinam Spe.in ti.de legat.§.nunc ostendendum,in vltima col.ver.legatus.vbi dicit ✝ ꝙ legatus pape cui commissum est plene legationis officiū in sua ꝓuincia omnia libere & immediate poterit que siue de iure siue de cōsuetudine qlibet ordinarius sue legationis exercere posset siue sit abbas siue archieps̄ siue patriarcha siue primas vel alius quicunq;. Nam ipse maius ✝ Imperium omnibus post romanū pontificē in prouincia sua habet.c.si abbatē.de elec. lib.vi.& .l.& ideo.ff.de offi.procon.& lega.& plenissimam habet iurisdictionem vt.l.si inaliā §.fi.ff de offi. procon.& lega.Finge enim ꝙ turcus debellauit terram

In qua residebat legatus pape,& omnia bona legati ab stulit,vel cepit familiam suam quam ab hostibus redimere oportet,vel domus quam inhabitabat cum omnibus suis bonis casu combusta est,vel alia subest causa legittima,de quibus infra.dicã.Certe nõ video quin charitatiuum subsidium imponere & exigere possit a suis prouincialibus, ✝ Quinimmo videtur forte attentari posse ꝙ iurisdictio legati fauorabilior sit ꝗ ordinaria episcopi per tex.in.c.si a sede.in fi.de preben. lib. vi.& in,c.dilectus.de offi.lega.Preterea videmus ꝙ maior fauor a iure tribuit ✝ Exactioni procurationis que debetur legato pape ꝗ illi que debetur episcopo vt est tex.in c.cum instantia. de censi.& in .c. accedentes. de praescrip.iuncto.c.cum ex officii.eod.titu.Non ob.glo.in. d.cle. ii , de offi.ordi.quia fateor quo ad terminos illius cle.s.quo ad inducendam subreptionem inducitur faciliter subreptio,✝ In literis legati vt in.c.fi.de offi.leg.li.vi.quia non presumitur habere notitiam rerum sue ample prouincie sicut & papa que subreptio non cadit in episcopo qui presumitur habere notitiam sue vnice diocesis.Et similiter non ob.c.presenti. de of.leg. quia ille reseruationes bene sunt odiose quoniam per eas ligantur manus inferiorum,& tollitur eis ipsorum potestas per decretũ legati per not. per Io.an.in.c.si apostolice.de preb.li.vi.Similiter non ob.dictum Hosti.in.d. c.pe.de offi.lega.quia Hosti.loquitur multum dubitatiue,& dicit ꝙ equum & rationabile sibi videretur contrarium & contra Hosti. tenet Spe.in titu.de legato.§. nunc dicamus,ver.item potest iudicare in aliena prouincia.&.ver.sed nunquid legatus constitutus quinimmo cõtra Hosti.videtur tex.in.c.significasti de fo.cõpe. tenẽdo illud quod sentiunt ibi Hosti.&.d.Anto.ꝙ iurisdictio ✝ Ordinaria de iure commuui non competat abbati nisi ex cõsuetudine vel priuilegio preterꝗ correctio

In monacos.Et contrarium etiam vult.d. Abb. sicu.in. c.ceterum.iuxta prin.de iudi.qui concludit ꝙ iurisdictio domini feudi,que est ordinaria ex priuilegio iuris speciali potest prorogari dumtamen prorogetur ad diuersum genus causarum.Preterea lex dicit generaliter ꝙ iurisdictio ordinaria potest prorogari non distinguendo an sit ordinaria naturalis vel ex priuilegio.l. est rece ptum.&.l.si conuenerit.ff.de iurisdict,om. iudi,&.l.ii. ff.de iudic.ergo generaliter est intelligenda.l.de p̄dio. ff.de publicia.Nec ob.etiam predictis glo.in.c.si ꝑpter tua debita.in verbo concedimus.de rescrip.li.vi. que se

10 quendo Gof.tenet ꝙ legatus pape ✝ Non potest etiam ad tempus reseruare omnes fructus beneficiorum vacan tium sed hoc potest solus papa:quia illa loquitur quan do omnes fructus reseruantur. hic vero loquimur quan do certa portio pro subsidio petitur sine magna lesione ecclesiarum.

¶Forma exigendi charitatiuum subsidium.

Epithome

1 Sponsa debet succurrere sponso laboranti necessitate

2 Clerici non debent expectare compulsionem sed sponte soluere.

Quest.xiii.

Tertiodecimo quero de forma exigēdi charitatiuum subsidiū.

1 Responeo Hosti.in.c.conquerente.de offi.ord.instruit supe hoc prelatos dicens ꝙ prelatus congregato clero cum charitate & humanitate loquatur clero exprimen do causam sue egentie & hortando ꝙ cū cuilibet proximo in necessitate sit subueniendum fortius sibi subue nire debent narrando ꝙ sponsus est totius ecclesie, & ab

1 surdum esset ꝙ sponsa ✝ Videret sponsum laborantem egestate

egestate ipsa existente diuite sicut in simili dicitur in.l.
2 non tantum.ff.de re iudi.hortando ꝑ non expectet, + compulsionem sed potius sponte soluant allegando id quod dicitur in.c.i.de dona.& ipsum Hosti.sequuntur simpliciter Anto.de but.& Io.de Imo. in.d.c. conquerente.

¶ Quare appellatur subsidium charitatiuum.

Epithome

Charitatiuum subsidium a prin.debet peti cum charitate.
2 Subsidium dicitur ad instar subsidiariae actionis.

Quest.xiiii.

Quartodecimo quero.Quare appelletur charitatiuū subsidium.Respondeo quia a principio cum charitate de-
1 bet peti + & non violenter extorqueri ar.c.ex parte.de censi.secundum Hosti.& doc.in.d.c.conquerētē. Et idē substantialiter dicit Inno.in.c.cum apostolus de censi. & Pau.in cle.ad nostrum.de censi.vt ibi refert.d.Card. in primo notabili Et appellatur subsidium: quia sicut
2 subsidiaria actio + datur quando deficit propria & specialis actio vt in institu.ad.l.acquil.§.fi.& in institu.de interdic.§.fi.cum glo.ita hoc subsidium petitur quando redditus proprie ecclesie non sufficiunt. pro oneribus incumbentibus.

¶ Subditi possunt compelli ad soluen.subsidium charita.existente causa iusta.

Epithome.

1 Subditi denegantes charita.subsi.possunt cogi.
2 Iudex in facto proprio potest esse iudex ratione notorii.

3 Pro exactione subsidii calices non possunt vendi.
Queit.xv.

Quintodecimo quero, Si subditi ab episcopo suo cū charitate requisiti,noluntĺei prestare subsidium an p ipsum episcopum poterunt ad hoc compelli. Archid.in.c.cauēdum.x.q.iii.super hoc varias refert opiniones & nullā approbat.Similiter Bal.in.c.conquerente.de offi.ordi. arguit pro,& contra & non firmat.Sed Inno.in.c.cum apostolus.de censi.super hoc recitat opi ⁊iones,& tādem concludit ꝙ si subsit manifesta & rationabilis causa ipse episcopus + poterit eos ad idcompellere,& ipsum sequuntur ibi Hosti.Io.and.Anto.de butri.& Abbas sicu.Et hoc videtur de mente tex.in.d.c.cum apostolus. § prohibemus,dum dicit moderatum valeant subsidium postulare dummodo eis graues non existant quasi innuat ꝙ dum subditos non grauant bene eos possunt cogere.Et pro hoc est tex.cum glo.in verbo in exigēdo in cle.frequens.de excessi.prelato.& ibi clarius Pau.de leaza.quem sequitur ibi Pet.de anchara.in.ver.viii.nota.Et idem tenet ibi dominus Cardi.in.§.nonnulli.in prima questione.Et idem tenet Lapus allegatione.xx.q̄ incipit.Si vacante dicens ꝙ propter hoc eos poterit excommunicare per tex.in dicta clem.frequens.de excessi. prelato.Quinimmo ponunt pro constanti domini de Rota in nouis decisi.cccccxxv.que incipit,Item extra rotam petebatur consilium,ꝙ episcopus in sua diocesi potest proponere edictum ꝙ quicūq; clericus beneficiatus sue diocesis non soluerit ei charitatiuū subsidium infra tantum tempus sit excommunicatus. ¶ Et ibi plene disputant an illi qui non soluerunt pretendentes ignorantiam edicti euitant penam excommunicationis vt latius dico infra questiōe.ci.Nec obstat ꝙ episcopus videatur esse iudex in causa propria contra .l.i. C.ne quis in sua

causa. ¶ Quia ratione notorii seu manifesti permittit,
2 + Episcopo quod sit iudex in facto proprio saltem concernente commodum & honorem ecclesie sue vbi alias esse non posset tex.est in.c.romana,de penis,& notat Innocen.in.c.ex parte in christo,de verbo.signi.& Anto. de burr.in.c.cum venissent.de iudi. Ratione enim notorii efficitur iudex competens qui alias esset incompetēs. c.romana.§.notoria vero crimina.de cen.si.libro.vi. &. c.solicitudinem.de appel.&,c.i.de offi del ga.libro .vi. ¶ Pro exactione tamen subsidii non poterunt leco pi
3 gnioris + capi vel distrahi calices libri vel alia ornamēta diuinis officiis deputata per tex.in cle. si beneficiorū de decimis,que clemen.solum intelligitur & restringitur quando subsidium exigitur per collectorē pape vel alias iuxta terminos illius cle.sed in subsidio quod iure proprio exigitur per ordinarium non habet locum illa clementina,sed antiqua iura seruabuntur secundum Paul. de leaza.in dicta clementina,quem sequitur ibi Cardinalis zaba.in vltima qōne,Et hec dico latius infra questione.lxxxviii.& quattuor qōnibus sequentibus.

¶ Que sit iusta,cā exigendi subsidium charitatiuum,

Epithome.

1 Que dicatur rationabilis causa exigendi.
2 Contentio inter episcopum , & clerum super exactione subsidii deciditur per superiorem.
3 Statur arbitrio superioris an sit iusta causa.

Quest.xvi.

Sextodecimo quero, Que sit iusta cā exigendi charitatiuū subsidiū.Rūdeo reqrit quod sit manifesta & rōnabilis cā , nec nimis grauentur subditi tex. est in.c.conquerente. in fi. de offi.ordi.& in.c.cum apostolus.§. prohibemus. de

1 censibus.✝ Et dicitur rationabilis causa releuatio oneris debitorum & expense nimis graues & intollerabiles puta propter guerram pro iure ecclesie tuendo exortam secundum Hosti.in summa in titu.vt ecclesiastica benefi.§.i.in.iiii.colum.versi.sed que potest esse iusta causa. & in titu.de censibus.§.ex quibus causis.ver.Itē potest fieri exactio vel quando facit expensas pro aliquibus negotiis communibus totius diocesis secundum Innoc. in.c.i.circa finem de statu mona. Vel quando episcopus fecit magnam expensam in litigando pro iuribus ecclesie sue vel quicunq; fit casus superueniens propter quem supportandum habet necesse talia petere secundum Anto.de butri.& Io.de Imo.in dicto.c.conquerente. circa finem.Pro quo etiam allego optime quod notat Cy.in l.nemineni.in vltima questione.C.de sacro.san.eccle. & Archi.in.c.quia cognouimus.x.q.iii.& Specu.in titu.de feu.§.quoniam.ver.& nota ꝑ vasalli . Et idem dico de expensa facta in promotione sua pro soluenda bullarum annata in camera apostolica, vel pro prosequenda electione sua in curia iuxta.c.cupientes.§. ad hec.&.§.si vero.vbi etiam bona glo.in verbo discreta.de elec.li.vi.¶ Predicta intelligunt vera Anto.de bur.& Ioā. de Imo. in dicto.c.conquerente,nisi episcopus in casum illum incidisset culpa sua,quia si propter suam prodigalitatem sibi imputaretur argumento.c.ex parte.de con sue.¶ Et si oriatur contentio inter episcopum & clerum eo quia clerus dicat non subesse rationabilem causam petendi subsidium episcopo petente & contrarium asse-
2 rente hoc determinari debet ✝ arbitrio superioris secūdum glo.notabilem in verbo rationabilis .in dicto. c. cum apostolus.§.prohibemus.& Hostien.in summa de censi.§.ex quibus causis.versi.quid si subditus dicat.qui ita dicit tenete Gof.pro quo allego quod notat Archi. in .§.iuxta sanctionem,qui.§. alias incipit , nouarum.

3 xvi.q.i.vbi dicit ꝙ statur † arbitrio superioris an sub sit rationabilis causa imponendi aliquod onus ecclesie, & ita dicis tenere Ala.Lau.& Philip.in dicto.c.cū apostolus.& ita sentire Gof.in summa de censi.§.nunc videmus pro quibus est bonus tex.cum glo.in verbo tātam necessitatem in.c.non minus de immu.ec.& glo.in .c. cum olim,in verbo iudici.de verbo.sig.

¶Stante contentione inter episcopum ,& clerū an sub sit causa exigendi subsidi. charitativum , & quis erit iudex.

Epithome.

1 Eligentur arbitri super competentia Iudicis.

2 Episcopus an possit cogere nolentes , eligere arbitros.

Quest.xvii.

Decimoseptimo quero,Quando est contentio inter episcopum & clerum super causa exigendi charitatiuū subsidium quia clerus dicit non subesse causam manifeste rationabilem,quis erit iudex competens super hoc. Hosti.Io.an.& Anto.de butr.in dicto.c.cum apostolus. dicunt ꝙ hoc casu † eligentur arbitri qui hoc terminabunt per.c.si clericus.xi.q.i.& sic dicit Io.an. fuisse de facto obtentum & idem dicit Archi.in.§.iuxta sanctionem.xvi.q.i.per dictum.c.si clericus.Et subdit Archi.in dicto.§.iuxta sanctionem ꝙ si subditi nollent eligere† arbitros episcopus eos compellet per notata in .c .irrefragabili.§,ceterum.de offi.ordi.Hosti.vero in summa de censib.§.ex quibus causis,ver.quid si subditus dicat.dicit ꝙ in hac controuersia si episcopus sit reus recurretur ad metropolitanum,si vero clerus sit reus eligentur arbitri,si vero sit appellatum tunc recurretur ad iudicē ad quem est appellatum.Et idem concludit Pau.de lea

xa.In cle.i.de excessi.prela. quem sequuntur ibi Card. zaba.Pe.de ancha.& Io.de Imo. Nec hoc casu ipse episcopus esset iudex competens stante dubio an causa exigendi subsidium sit rationabilis vt concludit Oldra.cōsili.ccxxxiiii.In secundo dubio.Si vero constaret ꝙ causa esset manifesta & rationabilis,tunc procederēt que dixi supra in xv.questione,

¶In dubio non debet presumi causa rationabilis,

Decimooctauo quero,An iudices de cōtrouersia inter episcopū & clerum super charitatiuo subsidio cognoscentes debeant in dubio presumere causam esse rationabilem.Videtur ꝙ sic attenta dignitate petentis & honestate persone ipsius.argu.c.in nostra.de procura.&.c.ii.de no,ope.nunciatio.& in.c.nisi essent.de preben.& glo.in l.titio fundus.de condi.& demon. In contrarium facit tex.in.c.siquis prepostera.l.di.& in.c.ego solis.ix.dist. Et hoc vltimum credo esse verius,quia tex.in.c. conquerente.in fi.de offi.ordi.& in.c cum apostolus. de cēsib. non solum requirit causam rationabilem,sed ꝙ sit manifeste rationabilis,ergo innuit ꝙ in dubio non debet presumi,rationabilis.

¶Que dicatur causa rationabilis exigendi subsidium charitatiuum.

Epithome.

1 Quæ emptio inducat cām iustā exigēdi.charita.subsi.
2 Expensa pro fabrica idem operatur.
3 Emptio prediorum pro ecclesia non inducit exactionē subsi.charita.
4 Vasalli tenētur cōferre domino pro terra emenda.

Quest.xix.

Decimonono quero, Episcopus fecit magnā emptionē, puta pro fabrica ecclesie sue sumptuosa vel aliam magnā emptionē fecit pro ecclesia sua, an pro satisfaciendo vēditoribus possit a clericis subditis suis exigere charitatiuū subsidium, Hosti. in summa vt ecclesi. benefi. §. i. ver. sed que potest esse iusta causa. & in ti. de censi. §. ex quibus causis. ver. item potest fieri exactio. & Anto. de butri. & Io. de Imo. in. c. conquerente. circa fi. de offi. ordi. tenent ꝙ sic, quod intelligo verum quādo episcopus fecisset magnā
1 emptionem pro ecclesia sua cōtinētē publicā + vtilitatem, puta quia emisset pro ecclesia vnum castrū qđ erat valde necessarium statui ecclesie sue, & sine quo ecclesia non erat bene secura de statu suo, Et hoc est quod ꝓprie determinat Oldra. cōsilio suo. ciiii. quod incipit Circa
2 propositam questionē. + Et idem dico si fecit magnam expensam pro fabrica ecclesie sue necessariam, & episcopus vltra necessaria sibi & familie sue non potest de redditibus ecclesie satisfacere debitis contractus pro fabrica illa, quia tūc licite poterit exigere charitatiuū subsidiū arg. c. i. & c. de his. de eccle. edifi. & c. cōcesso. & c. quattuor. xii. q. ii. ¶ Alias enim si episcopus fecisset magnā
3 emptionē prediorū + pro ecclesia vt ex his ānuos maiores fructus perciperet & sibi imbursaret vel ampliorē statū retinere possit. Nō credo ꝙ epūs pro soluēdo vēditoribus possit exigere charitatiuū subsidiū a clericis suis lōge minores redditus eo habētibus argumēto. c. cū cām de preben. quia hoc non esset rationabile vt exigit. c. cū apostolus. Et ita intelligi & limitari debēt dicta doctorū supra allegat. Et ꝯm predicta etiā limito dictū Spe. in titu. de feud. §. quoniā. in penultima colūna. versi. &
4 nota ꝙ vasalli. + vbi simpliciter dicit ꝙ vasalli comitū vel baronū imperii tenentur domino conferre pro aliqua terra emenda.

¶ An episcopus eundo ad papam possit exigere charita. subsidium pro expensa facienda.
Quest. xx.

Uigesimo quero. Si episcopus habet facere iter ad papam vel imperatorem vel regem, an pro ista expensa possit exigere charitatiuū subsidium. Inno. in .c. i. circa finem de statu mona. tenet ꝙ sic. Idem tenent Hosti. Anto. de butri. & Io. de Imo. in .c. conquerente. in ti. de offi. ordi. & glo. in verbo pro regiis in .c. vnio. x. q. iii. & Bal. in. l. si quis ad declinandam. in. viii. columna. C. de epi. & cleri. & Pau. de leaza. in cle. i. de excessi. prela. quem sequitur ibi dominus Cardi. in. §. non nulli. in. iii. oppo. Et idem tenet ibi dominus Pe. de ancha. in. versi. viii. nota Pro quibus allego optimum tex. in .c. ea que. de censib. ¶ Quod intelligo verum quando episcopus accedit pro necessitate cōmuni vel sue ecclesie. Vel quando visitat limina beati Petri vt impleat iuramentum a se prestitum iuxta formam. c. ego enim in fine de iureiuran. & ita proprie loquitur. c. ea que. prealleg. ¶ Alias enim si accederet pro priuatis negotiis vel causa solatii, non credo ꝙ possit exigere charitatiuum subsidium argumento. c. cum pro causa. cum glo. vltima de procura. & .c. vt preterite. de elec. cum glo. ibi super verbo fecerint. & argumēto. c. statutum. §. insuper. cum glo. in verbo propter causam de rescrip. li. vi. ad hoc tex. in. l. ex parte. in principio. ff. famil. hercis. & glo. vltima in .c. inter cetera. x. q. iii. & ita proprie restringit Abb. siculus in .c. cum apostolus. de censi. dicens etiam ꝙ quando permittitur episcopo exigere charitatiuum subsidium pro predicta itineratione, hoc ita demum ei licebit si talem expensam subire non potest ex redditibus ecclesie sue per illum textū in. §. prohibemus qui ponderat necessitatem dum dicit sustinemus autem pro multis necessitatibus.

¶ Episcopus vocatus ad concilium po test exigere chari.subsi.

Epithome.

1 Episcopus tenetur ire ad concilium generale.
2 Episcopus tenetur ire ad concilium prouintiale.

Quest.xxi.

Uigesimoprimo quero, Si episcopus vocatus est ad consilium † generale ad quod ire tenetur vt est tex. in.c. placuit.xviii.distinc.& notat Innoc.& Io.and.in.c. graue.de preben.vel est vocatus ad concilium prouinciale, † ad quod etiam ire tenetur, vt est textus in .c. episcopus ad sinodum.xviii.distin.& quasi per totam illam distinctionem, An possit propter hanc causam a clero suo exigere charitatiuum subsidium. Dic q sic secundũ Inno.in.c.i.circa fi.de statu mona.quem sequuntur ibi Anto.de butr.& Abbas siculus, qui Abbas pre ceteris bene ibi ponderat illud dictũ Inno.Et idẽ dicit Abb. siculus in.c.conquerente.de. offi.ordi. & in.c. dilectus. eodem titulo.& Bal.in.l.siquis ad declinãdam.in.viii. col.de epi.& cleri.

¶ Quando pro expensa facienda in aduentu regis vel imperatoris episcopus possit exigere charitatiuum subsidium.

Epithome.

1 Vasalli tenentur contribuere in sumptib.quando imperator transit per loca eorum.

Quest.xxii.

Uigesimosecundo quero. Vtrũ episcopus possit, a clericis suis pro expensa facienda pro aduentu regis ve

Imperatoris seu principis charitatiuum subsidium postulare.Dic ꝙ sic presertim si ab eo tenet regalia, sed nõ debet eos grauare vel adhoc cogere secundũ Archi post Hugo.in.c.vnio.x.q.iii.*Sed* credo ꝙ etiam eos possit cogere per textum in.l.neminem.C.de sacr.sanc. eccle. Et hoc clarius dicit Inno.in.c.non minus.de immu.ec. Et pro hoc allego qđ notat Specu.in tit.de feu.§. quoniam in penulti.col.ver.& nota ꝙ vasalli, vbi dicit ꝙ vasalli comitum & baronum,+ tenentur conferre seu cõtribuere in sumptibus quando Imperator transit per loca eorum,aliter tamen ibi loquitur Io. and. in additi. post Ross.e.vbi precise loquitur,an vasalli Imperatoris teneantur ei ministrare expensas dum transit per eorum loca quando vadit Romam pro corona.

¶Existente rationabili causa episcopus potest exigere semel & pluries chari.subsi.

Epithome.

1 Quot vices importet ve bum quoties.

Q ue st.xxiii.

Uigesimotertio quero, Vtrũ episcopus a subditis suis possit semel dumtaxat an vero etiam pluries exigere charitatiuum subsidium.Dic ꝙ põt nõ solũ semel sed etiã pluribus vicibus ipsum exigere dũmodo subsit rõnabilis causa secundũ dñm Abb.siculũ in.c.cũ apostolus,de censi,mouet per illum tex.in.§.prohibemus.dum dicit que aliquotiens supueniũt,& posita opinione Abbatis pro vera,pro qua bene facit .c.visitandi.cũ glo.i. xviii. q.ii.&.c.fi.de censi.li.vi.& c.mãdamus.de offi.archid. &.c.cum venerabilis,de cẽsi.An possit exigere vltra bis vel ter decidi põt ex his q̃ notat Bald.in.l.si duo,per illũ tex.ff.de arbitris.&.in.l.i.C.de his q̃ pene nomine.&

Ange.in.l.oratione.ff.de ferijs.& in.l.si finita.in principio de damno infec.& Archidi.in.c.nunc vero.lx.q.iii.
1 vbi ponunt + quot vices importet verbum quotiens.

¶ Si episcopus non existente causa manifesta excommunicat denegātes subsidiū charita, excommunicatio est nulla.

Epithome.

1 Sententia pastoris siue iusta, siue iniusta ligat.
2 Decretalis cum ad quorundam de excessi. prela. continet ius commune.
3 Intellectus trahētes, decretalis, ad gratiam sunt fugiēdi.
4 Sententia excommunicationis continens intollerabilē iuris errorem est nulla.
5 Dubium probabile non annullat excommunicationē latam per episcopum.

Quest.xxiiii.

Uigesimoquarto quero, Dictū est.supra in.xv.qōne q̄ epus pōt excōicare subditos denegantes ei charitatiuū subsidiū, an si eps petat subsidiū sine manifesta & rōnabili cā, & sic cōtra iura p̄sertim cōtra.c.nullus epus grauamē.x.q.i.& subditis negātibus illud exhibere eos excōmunicat, An sentētia excōicatiōis sit ipso iure nulla.
1 Videtur q̄ nō, quia snia pastoris siue iusta siue + iniusta ligat & timenda est.xi.q.iii.c primo & secūdo. Contrariū credo esse verius, quia potius credo sniam eē nullā per tex.in.c.cū ad quorūdā.de excessi.pre.s̄m intellectū Hosti.& Io.and.ibi, tenētiū q̄ illa decre. contineat
2 ius + cōmune, & p glo.eundē intellectum sequētē in c.pnti.in glo.ii.de sent.excō.li.vi.& per not.p Innoc. in.c.cū apostolus.in glo.sua.l.de cēsi.vbi patet q̄ si episcopus vel p̄latus dū visitat vltra formā iuris grauat subditos in exigendis procurationibus, si propter hoc eos

excommunicat sententia est ipso iure nulla, quod etiam tenet Hosti. in summa de censib. §. fin. in fi. Et pro hoc quod notat Pau. de leaza, in cle. si beneficiorum. de deci. quem sequitur ibi Card. zaba. in. xv. q. vbi dicit ꝙ si subditi resistentes collectoribus pape volentibus occupare calices vel ornamenta ecclesiarum pro exactione decime papalis contra illam cle. ab ipsis collectoribus excommunicantur, illa excommunicatio est nulla per tex. in dicto. c. cum ad quorundam, per quem tex. etiam consuluit Gasp. cal. in suis consiliis in ti. de sent. excom. consilio. ix. quod incipit, Collector papalis. ꝙ si collector pape exigere volens decimam a religiosis exemptis a solutione decime papalis eis priuilegium suum allegātibus ipsos propter denegationem solutionis excommunicat sententia est ipso iure nulla, pro hoc tex. in. c. vltimo de preben. & glo. fi. in. c. manus. de conse. di. v. Et quamuis glo. in dicto. c. cum ad quorundam. & in dicto. c. cum apostolus. in verbo existant. videantur velle ꝙ illa decretalis cum ad quorundam. contineat spetiale priuilegiū ¶ Tamen mihi magis placet ꝙ contineat ius commune videlicet spetiale in excommunicatione lata propter exactionem indebitam. Et si teneremus opi. glo. sequeretur absurdum ꝙ decre. nihil operaretur quia non apparet cui decre. dirigatur, & sic nullus ex ea priuilegiū consequeretur. ✝ Item quia fugiendi sunt intellectus tra-

3 hentes decretales ad gratiam secundum Io. and. in. c. ex parte a de. de testi. & licet decre. cum ad quorundam. loquatur in procuratione a visitāte vltra debitum exacta. tamen quia mens pape ibi principaliter est fundata sup exactione indebita quam faciunt prelati a subditis. Dico ꝙ licet ille casus annullans ipso iure excommunicationem sit exorbitans a regulis iuris communis, tamen propter mentem conditoris decre. & omnimodam idētitatē rōnis decre. & illa locū habet ī excōicatiōe lata in

subditos denegantes charitatiuum subsidium episcopo suo ab eis sine rationabili causa petitum,& in collectore pape indebite solutionem decime exigente, per tex. cum glo.in.c.si postq̄.§.i.in verbo mente.de elec.lib vi. & in.c.i.cum glo.in verbo italie.de temp.ordi. lib.vi. ¶Et predicta sine dubio procederent quando episcopus eos excommunicaret,quia ad nutum & simplicem voluntatem episcopi absq; aliqua rationabili causa non sunt charitatiuum subsidium soluere hoc expresso in sententia, quia tunc clarissime appareret de nullitate sententie excommunicationis eo + φ contineret intollerabilem iuris errorem per.c.per tuas.de sen.exco.&.c.venerabilibus.§.fi.de sen.excom.li.vi.¶Sed si esset probabile dubium an causa exigendi subsidium esset manifesta & rationabilis,+ tunc excommunicatio per episcopum lata nō esset nulla per ea que scribit dominus Card.zaba.in dicta cle.si beneficiorum.in.xv.q.vbi hoc dicit in excommunicatione lata per collectorem pape capientem pro decima calices vel alia ornamenta diuinis officiis deputata contra illam cle.per.l.fiquis ex aliena.ff.de iudi.&.l.ex quacunq;.ff.fiquis in iusvoca.nō ierit. ¶Et an episcopo vel collectori decime in predictis exercetibus possint subditi violēter resistere.Dico.Ifra.q.xc.

¶Pro nullo commodo pecuniario potest poni generale interdictum sine speciali licentia papæ.

Epithome.

1 Prouisio extrauagantis prouide attendentes quo ad interdictum generale.
2 Speciale interdictum episcopus ponere, potest propter denegatum subsidium.
3 Quis dicatur generale,vel speciale interdium.

4 Generale interdictum quando ponit possit per epum
5 Quae sit causa interdicti generalis.
6 Cautela contra dictam extrauagantem.
7 Cautela p extrahēdo dbitore iuito d domo p cā ciuili.
8 Pena adiecta dationi q̃titatis non valet.
9 Cautela pro validitate penæ adiectæ dationi q̃titatis.

Quest.xxv

Uigesimoquinto quero, Eps ex causa manifesta & rōnabili petit charitatiuū subsidium a subditis suis, ipsi vero cōtumaciter recusant illud soluere seu exhibere, An epus pp talem denegationē possit apponere gñale inter dictū in diocesi sua. Dico q nō. Et idē dico in collectore pape exigente decimā bñficiorū nomine pape. qa p nullo pecuniario cōmodo vel alia quāti tāti pecunie pōt apponi gñale interdictum in loco sine speciali licētia pa 1 pe vt est hodie + prouisum p extrauagantē Bonifacii. viii. q̃ incipit, Prouide attēdētes, & idē dicit Io.and. in nouella in.c.pñti.de sen. excō.li.vi. & in addi. Spec. in ti. de rescrip. presen. §. rōne forme ver. nūc dicamus. & Io.cal. in tractatu suo de ecclesiastico inter.d.ver.si q̃rat an vacāre rememorātes dictā extrauagantē, sed speciale 2 interdictū + puta in certa ecclesia bñ poterit episcopus apponere pp denegatū subsidiū, qa extrauagās pdicta nō habet locū in speciali interdicto sed solū in gñali vt declarat Io.cald. in dicto tractatu de ecclesiastico interdicto in ver. itē q̃ro an extrauagās & Io.an. & Domi. i 3 dicto.c.pñti, Quod aūt dicatur + gñale vel speciale interdictū habetur in.c.cū in ptibus. de verb. sig. & plenius per Io.calde. in dicto tractatu. ¶ Predicta tñ limito 4 nisi subditi + denegātes soluere subsidiū prius fuissent pp hoc ab epo excōicati, qm̄ si perseuerāt in contumacia non obstāte excommunicatione, eps poterit apponere gñale interdictū. Nec obstabit dicta extrauagās pui

19 pra.¶ ✝ An autem hospitalia & alia loca pia de quibus dictum est ꝙ non tenentur ad solutionem chariatatiuisubsidii,nec aliorum iurium episcopalium teneantur cōtribuere ad solutionē collectarū & onerū q̄ ꝑ principem secularē vel cōitatē imponūtur populo & cōi seu laicis ,plene examinat Pe.de ancha.in dicto cōsil. cxxii.

& concludit ꝙ non per plura media, cuius contrarium tenet Lap.in repetitione dicti.c.de xenodochiis. in.lx. questione, quod discutere non pertinet ad presentẽ materiam.

¶ Questio de charitatiuo subsidio an possit terminari summarie iuxta cle.saepe.

Epithome.

1 Clemen.saepe non habet locum inter collectorem papae & clericos.

2 Idem iuris est de episcopo, & patre spirituali, quod de patre carnali.

3 Quando pater a filio petit' alimenta causa est summaria.

4 Quando agitur de decenti tractatione, & iure sustẽtationis causa est summaria.

5 Causa criminalis potest agitari diebus feriatis.

Quest.xxxix.

Trigesimonono quero, Quando est contentio inter episcopum & clerum super charitatiuo subsidio, an questio ista debeat agitari & decidi summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii iuxta formam cle. saepe. de verbo.sig. Respondeo ꝙ non immo agitari debet plenarie per id quod notat glo.in cle. dispendiosam in verbo decimis, quam sequuntur ibi Pau.Card. zaba.& 1 Ioan.de Imo.de iudi.que vult ꝙ quando est questio inter collectorem pape & clericos super subsidio pape prestando.i.super decima papali non habet locum dispositio illius clemen.sed causa debet agitari plenarie quod etiam latius tenet Cardi.zaba.in clemen. si beneficiorum.in.ii.questione.de deci. Licet Stepha ibi teneat contrarium, ergo idem & fortius dicendum in subsi-

dio episcopi vel alterius prelati.¶ Pro opinione tamē Stepha.vrgere videtur tex.in.l.publicas.C. de feriis. & tex.in.l.ne quisq̄.§.de plano.ff.de offi.procon. & lega. vbi tex.dicit de plano autem cōsul potest expedire hoc vt obsequium parentibus & patronis liberisq; patronorum exhiberi iubeat & c.coniuncto ei.c.qualis.ii. q.vii. &.c.ita diligere.& c.pietatium.xxx.q.iii.in quibus iu
2 ribus patet ꝙ idem iuris + dicendum est de episcopo & patre spirituali quod dicitur de patre carnali. Pro quo etiam facit tex.in.l.iiii.§.pretor ait.ff.de in ius vocan. iuncta.l.gene aliter.eod.titu.& cle.siquis suadente §.episcopi,de penis.Sed potest pro cōcordia dici ꝙ prima opinio que est communis ꝓcedat regulariter. Opinio vero Stepha.procedat quando episcopus peteret a clero charitatiuum subsidium pro sustentatione sua, quo casu causa agitari deberet summarie,quia talis causa censetur causa alimentorum,que debet agitari summarie quando + pater a filio petit alimenta & econtra
3 vt est tex.in.l.siquis a liberis.§.si vel parens.ff.de liber. agno.& notat Spe.in titu.de offi.iudi.§.postremo. versic.tertio dicendum est.& Bar.in extrauaganti ad reprimendum super verbo summarie,circa medium,facit.l. eadem oratione,in verbo alimenta constituantur.ff. de feriis presertim quando alimenta petuntur officio iudicis secundum Spec.in titu.de appellati.§.in quibus.versi.octauo.Et pro hoc quod notat Zenze.in clemen.i.de iurepatro.quem sequitur ibi Cardi.zaba.in.§.si.in.iii. questione.Et sequitur etiam ibi Petr.de ancha. in vltima colum.versi.sed querit zenze.vbi dicunt ꝙ quando
4 agitur de decenti tractatione + & iure sustentationis cū hoc concernat alimenta persone,causa ista debet tractari summarie ad.l.ne quicq̄.§.de plano. posset faciliter responderi ꝙ licet ibi permittatur ꝙ procedatur de plano,per hoc non sequitur ꝙ causa sit summaria iuxta for

mam dicte clemen.sepe quia verbum de plano de p se positum hoc non importat secundum Bar. in dicto. §. de plano.& in dicta extrauaganti ad reprimendum,super verbo de plano.& Car.zaba. in clemen. dispendiosam.in.xli.questione de iudi.& doct.in dicta cle. sepe. Ad.l.publicas potest responderi quod licet causa possit agitari diebus feriatis per hoc non sequitur quod sit causa summaria vt patet in causis + criminalibus que possunt agitari die feriata vt.l.custodias.de publi.iudi.& tamē non sunt summarie.l.sciant cuncti.C.de probat.&.v.q.vi.c.epiphanium.

¶ Legatus de latere non potest concedere prelato inferiori vt exigat charitatiuum subsidium.

Epithome.

1 Indulgentia legati de latere non sufficit vbi requiritur indulgentia apostolica.
2 Quod emanat a legato non dicitur emanare a sede apostolica.
3 Ex predictis fit vnus casus pape reseruatus.

Quest.xl.

Quadragesimo quero,Dictum est supra in quarta questione quod prelati episcopo inferiores non possunt exigere charitatiuum subsidium a subditis suis nisi hoc eis competat ex consuetudine vel priuilegio,An legatus de latere possit hoc priuilegium eis concedere,Respondeo quod nō per tex,in extrauaganti Benedicti.xii.q̄ incipit,vas electionis.§.premissis quoq̧.vbi tex.nō sine ministerio dicit ex apostolica indulgentia.¶ + Vbicunq̧ enim requiritur apostolica indulgentia non sufficit priuilegiū vel indulgentia legati de latere vt est tex.cum glo.in verbo

apostolicis.in cle.per litteras.de preben.& in cle.qa contingit.§.I.in verbo apostolice sedis.de rel. domi. & in c.si postq̃.in princi.in verbo sedē apostolicam.de elect. lib.vi.¶ Vnde dicit Inno.in.c.dilectus.de fil.presb.quē sequitur Archi.in.c.quisquis pulsatus.ii.q.vi.ꝙ non di-
2 citur emanare + a sede apostolica ꝙ ab eius legato emanat nisi ab ipso papa emanet,pro quibus est tex.in.c. hi qui auctoritate.de preben.lib.vi.Et iste est vnus de casi-
3 bus pape reseruatis addendus + ad alios quos enumerat glo.ordi.in.c.quod translationē.de offi.lega.& plenius Spe.in ti.de legato.§.nunc ostendendum.

¶ Quantitas subsidii charitatiui exigendi hodie est determinata.

Epithome.

1 Taxa procurationum quæ dantur visitantibus
2 Taxa procurationum vbi declaratur.
3 Extrauagās vas electionis a princi.non fuit recepta secundum Lapum.
4 Charitatiui subsidii q̃titas pendet ex arbitrio.
5 Hodie episcopi statur determinatiōi extrauag. quo ad charitati.subsi.
6 Ioan.Andr.fuit antiquior lapo.

Quest.xli.

Quadragesimoprimo quero, An sit statuta certa meta seu quantitas vltra quam nō possint prelati a subditis suis exigere ꝓ charitatiuo subsidio. Dico ꝙ sic quia hodie est determinatum ꝙ nō possunt exigere,nec etiā a volentibus recipere nisi tantum quā-
1 tū ascēderent ꝓcurationes + singule si plati p aliū licite visitarēt,& hoc per extrauagātē Bñdicti.xii. q̃ incipit, vas electionis,circa finem.§.premissis quoq; adiiciēdo.

2 4 Que autem si quantitas illarum procurationum, declaratur in superiori parte illius extrauag. Sed Lap. alle ga. sua. xxxvii. que incipit, Stante constitutione. dicit ꝙ
3 cum illa extrauag. ✝ vas electionis, non fuerit a principio recepta nec vsu vtentium comprobata ꝙ episcopus poterit sine peccato a subditis exigere & a volentibus recipere charitatiuum subsidium vltra taxam in. d. extrauag. terminatam per. §. leges. iiii. distin. & per nota. In. c. i. de treu. & pace. dicens ꝙ tamen nō audet hoc asserere, sed vniuscuiusq; iudicio hoc relinquit arg. c. mulieri. de iureiuran. Et pro hoc quod notat Car. zaba. in cle. frequens. §. nonnulli. in. iii. questione. de excessi. prelat.
4 vbi dicit ✝ arbitrarium esse quantum possit per prelatos a subditis exigi pro charitatiuo subsidio & ita dicit se dixisse in. c. cum apostolus. § prohibemus in. vii.
5 q. de censi. ❡ ✝ Sed credo quod hodie standum sit taxe imposite per dictam extrauagantem per ea que notat Io. and. in nouella. in. c. felicis. de censi. libro. vi. vbi Io.
6 and. qui fuit ✝ antiquior Lap. non dicit ꝙ illa extrauagans a principio non fuerit recepta vsu vtentium, quinimmo expresse dicit ꝙ quo ad solutionem charitatiui subsidii hodie standum est determinationi & taxe emanate per dictam extrauagantem vas electionis. & cum eo simpliciter transit Domi. in dicto. c. felicis. Et fateor ꝙ dictum. d. Card. esset verum videlicet ꝙ esset arbitrarium. s. vsq; ad summam extrauagan. & ab illa taxa infra, sed taxam illam non possunt excedere per ṗdicta.

❡ Charitatiuum subsidium non potest exigi vltra taxā positam in. d. extrauaganti. Vas electio. ex consuetudine

8 Epithome.

Consuetudo exigendi charitatiuum subsidium vltra taxam

xam reiicitur apapa.

2 Consuetudo predicta tanq̃ grauosa non valet.

3 Consuetudo archiepiscoporum exigendi a suffraga.iuramentum vltra formam non valet.

4 Consuetudo inueterata habet vim priuilegii.

5 Charitatiuum ex priuilegio papæ potest exigi vltra taxam.

6 Ex consuetudine generali idem fieri potest.

7 Consuetudo generalis quomodo intelligatur quo ad dictum effectum.

8 Consuetudine potest introduci quicquid ex priuilegio concedi potest.

Q uest.lxii.

Quadragesimosecundo quero,

An valeat consuetudo ꝙ episcopi vel alii prelati a subditis suis possint exigere & a volentibus recipere charitatiuum subsidium vltra taxam positam in dicta extrauagan.vas electionis.Dico ꝙ non per tex.illius extrauagantis in.d.§ premissis quoq;.in verbo vel cõsuetudine 1 vbi papa † videtur improbare & reiicere consuetudinem per quam charitatiuum subsidium exigeretur vel etiam a volentibus reciperetur vltra taxam illam. Et hoc satis rationabile videtur quia Benedictus.xii.ex diffinitione sua ibi arbitratus est ꝙ si vltra taxam illam chairtatiuum subsidium exigeretur ecclesie censerentur grauate contra mentem & verba concilii generalis vide 2 licet.c.cum apostolus.§.prohibemus.de censib. † Ideo dici debet ꝙ talis consuetudo non valeat tanq̃ grauosa ecclesiis per tex.in.c.i.de consue.&.c.cum causa.de re iudi.Et pro hoc optimus tex.cum glo.in verbo consuetudinis.in.c.dilecti.& ibi clarius Hostien.& doct.de maio.& obe,vbi patet ꝙ non valet † consuetudo ꝙ archi 3 epi metropolitani a suis suffraganeis exigant iuramẽtũ

vltra formam a iure statuta, Hoc tamen intelligo verum nisi esset cõsuetudo antiqua tãti tẽporis cuius initii non
4 sit memoria in contrarium, quia talis + consuetudo ita inueterata habet vim priuilegii a principe concessi vt In.c.super quibusdam.§.preterea de verbo.sig.&.l. hoc iure.§.ductus aqua.ff.de aqua quot.&estiua.&.l.i.§.fi. ff.de aqua plu.arcen ad hoc.c.i.de prescrip. li. vi. & qđ notat Abb.sic.in clemẽ.si vna.in fine.per glo.ibi in verbo quamuis.de reb.ecclesi.non alie.&.in.d.c.dilecti.de mai.& obe.qui hoc modo limitat dictum glo.& doc.
5 ibi.+ Clarum est autem ꝙ ex priuilegio spetiali pape posset exigi charitatiuum subsidium vltra taxam positã in dicta extrauaganti arg.c propofuit.de conces.preb. &.c.cuncta per mundum.&.c.per principalem.ix.q.iii.
6 +Secundo limito nisi esset consuetudo generalis ꝙ prelati exigerent seu reciperent charitatiuum subsidium a subditis suis vltra taxam.d.extrauag.quoniam tunc id eis liceret,quia per consuetudinem generalem acquiritur id quod non potest acquiri nisi ex solo priuilegio, dummodo vtentes illa generali consuetudine sint capaces possessionis illius iuris quo vtuntur vt est in isto casu. Ad hoc est glo not.in.c.catholica.xi.di. Nec dico hoc casu ad optinenda ea que non possunt haberi nisi so
7 lo ex priuilegio sufficere + generalem consuetudinem vnius prouincie vel nationis per tex.in.c.ex tuarum.de auct.& vsu.pal.vbi dicitur ꝙ generalis consuetudo Hispanie non sufficit ad tollendum ius vel honorem alterius. Sed intelligo de gñali consuetudine vniuersalis ecclesie per tex.in.c.contra morem,ibi, Aut enim mos est omnium metropolitanorum &c.c.distinct.quam papa sciat & tolleret per ea que notat Oldra. consil. ccliiii.
8 quod incipit. + Quia tota decani. vbi dicit ꝙ quicquid potest priuilegio concedi potest consuetudine introduci sciente illo qui posset priuilegium concedere.

Et hanc regulam dicit ponere Innocen .in. c. nouit. de iudi.& in.c.cum contingat.in fine.de foro compe. cuius dicta debent intelligi secundum quod predixi.

¶ Pęna de qua inprima parte extrauagã. vas electi .non habet locum in.ii.pte quo ad charitatiũ subsidiũ.

Epithome.

1 Pœna apposita in prima parte intelligitur repetita in ii.in.c.de multa depræben.

2 Penæ in prima parte extrauagan.vas electio. non intelliguntur repetitæ in.ii.

3 Additio constitutioni qñ fiat p modũ purificationis.

Quest.xliii.

Quadragesimotertio quero, An pene suspensionis & restitutionis dupli & alie pene imposite in prima parte.d.extrauag.vas electionis, prelatis excedentibus taxam ibi positam in exigendis procurationibus ratione visitationis intelligantur repetite in sequẽti.§.premissis quoq;,contra prelatos excedentes taxam ibi positam in exigendo charitatiuo subsidio cum in illo.§.premissis.nulla penitus fiat mentio de pena. Videtur ꝙ sic per id quod notat glo.ordinaria in .c. de multa.§.hoc idem.in verbo in eadem ecclesia. quam sequuntur ibi communiter doct. de prebend.que vult 1 ꝙ pena ibi in prima parte apposita acceptantibus secundum curatum etiam intelligatur repetita in secũda parte que loquitur de dignitatibus & personatibus.vbi nulla fit mentio de pena. Et idem tenet Lap. in clem. statutum. de electio.quem sequitur ibi.Cardi.zaba. in tertia oppo.Idem videtur velle Pe.de ancha. in cle. ne romani.§.porro.ver.quinto nota. de elec. per illũ tex. & per.l.i.§. hec actio.ff. siquis testato.lib. esse iuss. fue.

Sed contrarium in terminis propriis tenet Lap .allega. sua.xxxviii.que incipit,Stante constitutiõe,vbi expresse
2 vult ✝.φ pene apposite in prima parte.d. extrauag . vas. electionis,non intelliguntur repetita in secunda parte,q̃ loquitur de charitatiuo subsidio per regulam in penis. lib.vi.Et hanc partem teneo pro qua allego glo. in clemen.quoniam.§.fi.in verbo sanctioni,de vita & honesta.cleric. & in. c.cupientes.§.ceterum in verbo priuentur. de elec.lib.vi.Nec obstat glo.& communis senten-
3 tia docto.in.d.c.de multa,quia illa doctrina ✝ est vera quando additio fit constitutioni per viam parificationis.& ita fuit in.c.de multa,quod indicant verba tex. ibi dum dicit hoc idem.secus si additio nõ fiat per modũ parificationis, sed per modum continuationis prout fuit in casu dicte extrauagantis.§.premissis. vbi tex. non dixit hoc idem &c.sed dicit premissis quoq; adiiciendo statuimus &c.que dictio quoq; est dictio continuatiua vt notat Archi.in.c.quorundam.de elec.lib.vi. quo casu non intelligitur repetita pena . Et ita proprie loquitur etiam tex.in dicta clemen.quoniam.in fine de vita & honest.cle. Non obstat tex.in dicta clemen.ne romani.§.porro.quia ille tex.potius facit pro hac parte, quia ibi de iure non censebantur repetite pene,nisi papa eas repetiisset expresse in ver.penas in dicta constitutione contentas &c.

¶Pena imponenda exigentibus charitatiuum subsidium vltra taxam.

Epithome.

1 **Clausula siquis attenparte presumpserit,refertur ad quãlibet partem constitut.**

2 **Clausula alioquin indignationem importat comminationem.**

3 Quis priuari non debet suis beneficiis sine graui culpa.
4 Contra episcopos proceditur cum maiori maturitate.
5 Episcopi difficilius cæteris remouentur a suis ecclesiis.
6 Pena priuationis quando imponitur.
7 Pena quando sit arbitraria.
8 Verbum indignationem non importat nisi q̃tum sonat secundum Bar.
9 Contraueniens tali clausulæ peccat mortaliter.
10 Prelati tenentur ad restitutio, illius, quod exegerunt vltra taxam.
11 Indignatio principis inducit infamiam
12 Indignatio principis inducit penam mortis.
13 Indignatio que ponitur in literis summitur in bonam partem.
14 Differentia inter indignationem, & dedignationem.

Quest.xliiii.

Quadragesimoquarto quero Dictũ supra in.xli.q.ꝙ prelati in exigendo vel a volentibus recipiendo caritatiuo subsidio non possunt excedere taxam que emanauit per extrauagantem Benedicti.xli. q̃ incipit, vas electionis. ¶ Et dictũ est supra proxima questione ꝙ pene apposite in prima parte illius extrauag. non intelliguntur repetite in secũda parte que loquitur de charitatiuo subsidio in qua nulla fit mentio de pena si prelati in hoc excedunt recipiendo subsidium vltra taxam dicte extrauagan. qualiter puniri debeant, Forte posset dici ꝙ tenentur ad restitutionem dupli per tex. in.l.vnica.C.de superexactionibus.li.x.& in.c.procurationes.in fine.de censi.&.c.exigit.de censib.lib.vi. Vel tenentur indebitum exactum restituere & tantumdem pauperibus erogare per tex.in.c.quia pleriq;.de immu. eccle.Sed circa hoc dubium facit,quia in fine illius extrauagantis apposita est clausula que cõmuniter in bul-

1 Ils apostolicis apponi consueuit, videlicet. ✝ Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eiusse nouerit incursurum. que verba cum in fine constitutionis posita sint referuntur ad quamlibet partem ipsius constitutionis vt in. c. secundo requiris, &. c. inquisitioni. de appe. & plene notatur in. l. talis scriptura. de leg. i. Ideo restat videndum que pena veniat imponenda excedentibus taxam in exigendo charitatiuo subsidio propter illam clausulam de indignatione apostolorum, Et in hoc Bal. in. c. i. §. porro. in secunda col. in titu. que fuerit prima causa benefi. amit. in vsibus feu.
2 ¶ ✝ Dicit ꝙ illa verba que communiter in litteris apostolicis apponuntur videlicet alioquin indignationem beatorum apostolorum Petri & Pauli se nouerint incursuros importat cominationem priuationis beneficiorum ecclesiasticorum, quod dicit menti tenēdum. ¶ Sed credo illud dictum Bal. non esse verum, quia hoc nullo iure probatur, nec ✝ priuari quis debet beneficiis suis sine graui culpa vt est tex. in. c. inuen tum. xvi. q. vii. & tenent doc. maxime Anto. de butr. in. c. at si clerici. de iudi. presertim episcopi contra quos ✝ cum maiori matu
4 ritate proceditur vt. in. c. quia pontificali. de offi. deleg. lib. vi. &. c. pastoralis. in prin. eod. titu. &. c. quia periculosum. de senten. excom. lib. vi. qui etiam ✝ difficilius
5 ceteris a suis ecclesiis amouentur vt in. c. i. &. ii. de transla, episcopi. &. c. nisi specialis. de offi. lega. & quia pena
6 priuationis ✝ nemini imponitur nisi vbi hoc iure reperitur expressum vt est glo. nota. in. c. vltimo de iurepa. & notat Bald. in autenti. ex testamento. in penulti. colum. C. de secun. nupt. allegans pro hoc tex. in autenti. de non eligendo secundo nub. §. cum igitur. ibi, nec lex
7 est aliquid tale dicēs. ¶ ✝ Vnde dico ꝙ erit hoc casu pena arbitraria arg. c. de causis. in fine, de officio. deleg.

&.l,l.ff.de iure delib.Et ita precise decidit Bald.in repet.l. cunctos populos.circa prin.ver.nota pro litteris apostolicis. C.de summita.tri.& fide catho. Et Ange. in repeti l.si vacantia. in secunda carta per illum text. in verbo non euitat indignationem. C. de bon.vaca. lib.x.Et idem vul. Bald in auten,statuimus. circa medium. C.de episco & cle,allegat.§ super hoc.in auten. de questo.& in auten.vt iliii iurent.§.i. Idem videtur etiam sentire Barto.in extrauagan.quoniam nuper.super verbo + indignationem.vbi dicit ꝙ illius verbi nullum effectum reperit, nisi quatenus verbum sonat, quia princeps ex hoc indignatus non exhibebit se ei gratiosum.Pro quo allego tex.in clemen.ad nostrum.i si. de censi.coniuncta ei glo.in verbo religiosi. in fine. in clemē.i.de sentē excom. Ad hoc bene facit tex.cum glo. penul.in.c.si canonici.§.fina.de offi.ord.lib.vi.Et secundum hoc intelligitur tex.in.c.i.§.conuēticulas,in verbo nostram indignationē subituris, de pace iura.fir.in vsi feudo.& in cle.exiui de paradiso. in fine. de verbo

9 sign.& in clemen.nolentes.§.notarii.de heret. ℂ + Fateor ꝙ ratione talis clausule contrauenien̄s peccat mortaliter,etiam si materia alias de sui natura non esset preceptiua nec ad mortale peccatum obligatiua per ea que notat Ioan.and.in nouella. in. c. romana. §. procurationes, super verbo maledictionem incurrat.& ibi Lap. & Domi. de censibus, lib.vi. & Ioan.mo. Archi.Ioan.andr.& Domin. in. c. i. in princi. de se

10 pul.lib.vi.ad hoc.c. siquis venerit. de maiori.& obe. ℂ + Itē ēt absq; dicta clausula prelati tenerent̄ ad restitutionē eius qd vltra taxā posite in dcā extrauag.fuisset ꝓ charitati. subsidio ꝑceptum per regulam peccatum.

11 lib.vi &.c.cum tu. de vsuris. ℂ + Indignatio tamen principis interdum videtur inducere infamiam, ita vr velle tex.in,l.ii.in prin.ib i non tū si citra indignatio-

nem principis ei successor datus sit .ff. de his qui no/
12 tan.infam.✝ Et aliquando indignatio videtur impor/
tare penam mortis per tex.in.l.nihil interest.in princi.
ibi,quia lex parem in eos qui deprehensi sunt indigna/
13 tionem exigit.ff.de adulter.✝ Illa tamen indignatio,
que apponitur in litteris apostolicis sumitur in bonam
partem & ex bono zelo sicut & indignatio dei,de qua
14 loquitur tex.in.§.sed continuo.de pen.dist.i.¶ ✝Et in
hoc est differentia inter indignationẽ & dedignationẽ,
quia indignatio communiter & proprie assumitur in
bonam partem & ex bono zelo.Dedignatio vero fit ex
malo zelo,vt est tex.& glo.& ibi Archid. & Domi. de
sancto Gem.in.c,vera iustitia.xlv.distin.Pro quo illud
Virgilii ,in secundo libro Eneidos . Et casum insontis
mecum indignabar amici.Aliquando tamen indigna/
tio large & improprie sumitur in malam partem vt est
tex.in.c.indignantur.xxxii.q.vi.& in.c. quantumlibet.d
peni.di.i.Hoc tamen indubitanter verum credo ꝙ si pre
lati a subditis exigunt charitatiuum subsidium vltra ta
xam dicte extrauagan.licite id in quo excedit possunt
ei denegare.Et si propter hoc excommunicantur senten/
tia erit nulla,vt latius dixi supra,in.xxiiii.questione.

¶Capitulum vacante sede episcopali non potest per suum statutum diminuere cha/ritatiuum subsidium.

Epithome.

1 Capitulum sede vacante succedit episcopo in facultate condendi statuta.
2 Capitulum non potest per statutum suum minuere sub sidium charitatiuum.
3 Capitulum non potest in preiudicium episcopi, vel ec/cle.cathedralis condere statutum se.va.

4 Episcopus non potest condere statutum in preiudicium inferiorum sine illorum consensu.
5 Statutum inferioris ius superioris tollere non potest.
6 Iuramentum quando non ligat, neq; astringit ad obseruationem.
7 Iuramentum prestitum a cano. super statuto de non soluendo charitatiuo subsidio an liget.
8 Absolutio ad cautellam a iuramento.
9 Iuramentum prestitum a prelato in preiudicium dignitatis non valet, neq; obligat.

Quest.xlv.

Quadragesimoquinto quero An valeat statutum editum per capitulum vacante sede episcopali per quod statutum diminuitur charitatiuũ subsidium episcopo. 1 + Videtur ꝙ sic, quia capitulum sede vacante succedit episcopo in facultate condendi statuta que durabunt etiam in tempore futurorum episcoporum secundum Ioan.and.in.c.vnico de maio.& obed. lib.vi.& Fede.consil.xvii.quod incipit, Capitulum ecclesie cathedralis, cuius dicta sequitur Pet.de ancha . in repeti.c.canonum statuta.in.xii. carta. versi. sed quero an sede vacante. de constitu. quia capitulum vacante sede regulariter succedit episcopo in his que sunt iurisdictionis vt in.c.his que.&.c.cum olim.de maio. & obe. & condere statuta est iurisdictionis vt.l.omnes populi. & ibi plene per Bar.de iusti.& iur.& notatur in.c. cum omnes.de constitut. Sed contrarium in hoc teneo, quia licet capitulum sede vacante possit cõdere statuta vt dictum est, 2 ℂ + Tamen non potest condere statutum per quod minuatur subsidium charitatiuum episcopo secũdum Lap.expresse hoc tenentem allegatione sua.xx.que incipit, Si vacante. quẽ sequitur Domi.de sancto Gem. in.§.i.qui incipit episcoporum.xviii.distin. quia statu

ta tendentia ad preiuditium episcopi vel ecclesie cathedralis, non potest capitulum condere vacante sede cũ ecclesia careat legitimo defensore argumento. c. dudũ. de rebus ecclesi. non ali. lib. vi. & eius quod notat glo. in. c. siqua de rebus. xii. q. ii. Sicut enim non potest episcopus + condere statuta ad preiudicium inferiorum, nisi illi consentiant tacite vel expresse vt notat Innocen. & Hostien. in. c. vestra. de loca. & Archid. in. c. pronunciandum. de consecra. distin. iii. & Anto. de butri. in c. cum omnes. de constitu. & in. c. que in ecclesiarum. eodem titulo. Ita & fortius dicendum est ꝙ capitulum vacante sede non possit condere statutum per quod minuatur charitatiuum subsidium episcopo vel aliud preiudicium episcopo vel ecclesie sue inferatur. ℂ Plus dicit Lapus in dicta allegatione. xx. ꝙ etiam si statutum capituli super diminutione charitatiui subsidii esset iuratum ꝙ episcopus postea creatus non obstante illo statuto & iuramento. poterit exigere consuetum subsidium, quia + statutum inferioris ius superioris tollere non potest vt in clemen. ne romani. in principio de elect. & in. c. quod super his. de maio. & obed. ℂ Quod intelligo verum etiam si episcopus postea creatus antea erat vnus de canonicis qui condiderunt & iurarunt obseruare illud statutum cum tale iuramentum fuerit temerarium, & in damnum episcopalis dignitatis prestitum per tex. optimum in c. sicut nostris est auribus intimatum. de iureiuran. ℂ Per quem tex. dicit ibi Abbas siculus ꝙ si cardinales ante creationem summi pontificis statuunt aliqua tendentia in preiudicium pontificalis dignitatis & iurant illa seruare, si contingat aliquem eorũ creari pontificem, tale iuramentum + non ligat neꝙ astringit ad obseruationem. ℂ Similiter dicit Lapus allegatione sua. xxi. que incipit, Ad dubium pre

7 cedentis dubii.ꝙ canonici met qui iurarunt + seruare illud statutum eorum super diminutione charitatiui subsidii licite poterunt episcopo postea creato soluere charitatiuum subsidium iuxta priorem formam, non obstante eorum statuto & iuramento temerario, quia sicut episcopus licite potest exigere non obstante dicto statuto & iuramento, ita & per consequens ipsi etiam licite possunt soluere. allegat nota. per Innocen. in. c. dilecto. de preben. & per Pau. in clemen. vt professores de regula. & per Ioanũ. and. in. c. i. de his que

8 fi. a mai. par. cap. ¶ + Dicens ꝙ tamen ad cautelam capitulum posset absolui ab illo iuramento per episcopum vel eius vicarium. Pro hoc quod notat Bald. in l. si ad excludendam, circa finem. C. de rebus credi. vbi dicit ꝙ statuta iurata sapientia monopolium, nõ artant iurantes, & tale iuramentum non ligat ipso iure. & allegat. l. i. C. de monopo. Pro quo etiam allego bonum tex. in. c. constitutionem. §. ceterum. &. §. sequenti. de verbo. signi. libro. vi. & in. c. vbi periculum. §. penultimo de elect. libr. vi. Et quod notat Barto. in. l. fina. vltra medium. ff. de colleg. illi. & Gasp. calde. in suis consiliis in titulo de iureiurando consilio quarto quod incipit, An legatus. Si

9 enim non valet neq; obligat iuramentum + prestitum ab ipso prelato in preiudicium dignitatis & ecclesie sue vt est tex. in. c. peruenit. el primo. & .c. tua nos el primo. & .c. in intellecto. de iureiurando, Fortius nec iuramentum prestitum a capitulo sede vacante prelatum representante.

¶ Subditi possunt denegare charitatiuum subsidium episcopo in eo in quo excedit taxam.

Epithome.

1 Quantitas debita ab indebita facile separatur
2 Vtile per inutile vitiari non debet.
3 Positio de quantitate ratione partis false negari tota nõ potest.
4 Positio que non consistit in q̃titate ratione predicta negari potest, & sic per huiusmodi distinctionem dicta doctorum intelliguntur.

Quest. xlvi.

Quadragesimosexto quero, Dictum est supra in. xli. & xliiii. q. ꝙ episcopus in exigendo charitatiuo subsidio non potest excedere taxam extrauagantis Benedicti que incipit vas electionis. & si excedit licite ei potest denegari. ¶ An si episcopus petat subsidium vltra taxam dicte extrauagantis possint licite subditi ei denegare totum subsidium etiam quod est licitum & infra taxam ipsius extrauagantis Pau. de leaza. in clemen. attendentes, de statu. mona. quem refert ibi Petrus dean cha. in. ver. septimo nota. loquens de numero superfluo accedentium cum episcopo visitante quo ad prestationem procurationis arguit pro & contra & non firmat. ¶ Sed credo ꝙ non possint totum denegare, sed possũt ei tantum denegare in eo quod excedit debitum iuris id est taxam dicte extrauagantis, non autem i ea quantitate que est infra taxam per tex. in. l. i. §. trebatius. ff. de aqua quoti. & estiua. & glo. in. c. inter cetera. in verbo 1 existant de censib. ✝ Cum enim quantitas debita 2 ab indebita sit facile separabilis. ✝ Non debet vtile per inutile vitiari vt habetur in regula vtile libr. vi. Et pro hoc quod notat Barto. in. l. prima. §. si stipulanti. de verbo. obligati. quem sequitur Anto. de butr. in. c. vnico de plus peti. vbi voluit ꝙ si posi- 3 tio consistat ✝ in quantitate ratione partis false non po-

teſt tota poſitio negari,quia in quantitatibus facile poteſt debitum ab indebito ſeparari.Et per hoc reſpondetur ad que notat Spec.in titulo depoſiti.§.ſeptimo.ver. vndecimo.& glo.in verbo rationabili.c.ii.de conſeſ. li. vi.& in.c.preſentium.in verbo ſigillatim.de teſtib.lib. vi.cum concordantiis plurimorum aliorum doctorum 4 volentium ꝙ ratione ✝ patris falſe,poteſt negari poſitio quia dictum eorum intelligitur quando poſitio nō cōſiſtit in quantitate ſed eſt in diem vel ſub conditiōe vel aliter qualificata,vt declarat Barto.in dicto.§.ſi ſtipulā ti.Clerus tamen hoc caſu litigando ſuper toto ſubſidio petito cum epiſcopo.non diceretur eſſe in mora, & haberet iuſtam cauſam litigandi niſi epiſcopus offerret ſe paratum recipere illam partem liquidam charitatiui ſubſidii que eſt infra taxam dicte extrauagantis vas electionis per ea que ſcribit Bar.in.l.qui ſolidum in principio de lega.ii.Et multo fortius excuſaretur clerus, qn̄ epiſcopus recuſaret recipere partem debitam ſibi oblatam ſed vellet totum quod petit,quia tunc ſi non de iure ſaltem de facto debitum ab indebito eſſet inſeparabile ſecundum Anto.de butr.in dicto.c. cum apoſtolus q dicit ita intelligi debere Innocen.& Io. and.ibi.licet ipſi loquantur in procuratione,que petitur ratione viſitationis, ſed eadem eſt ratio in charitatiuo ſubſidio.

¶ Epiſcopus vel alius; prelatus non poteſt ſubditos eximere a ſubſidio charitatiuo.

Epithome.

1 Remiſſio ſeu liberatio gratuita dicitur donatio.
2 Prelatio charitatiui ſubſidii eſt iuris publici
3 Epiſcopus non poteſt remittere charita.ſubſidium.
4 Remiſſio realis charita.ſubſi.facta per epiſcopum non valet nec perſonalis ad ipſius vitam epiſcopi

5 Quando commodum episcopi, est separabile a cõmodo ecclesiæ remitti potest.
6 Commodum charitatiui subsidii non est separabile a commodo ecclesie.
7 Procuratio visitationis quomodo possit remitti.
8 Charitatiuum subsidium non soluitur nisi propter cõmodum ecclesiæ.
9 Episcopus ex gratia potest remittere vni vel duob. amicis charitatiuum subsidium
10 Episcopus de re. eccle. potest facere modicam donationem.
11 Prelatus inquirendis facilius potest preiudicare q̃ inquisitis.

Quest.xlvii.

Quadragesimoseptimo quero,

An episcopus vel alius prelatus cui competit facultas exigendi charitatiuum subsidium possit illud charitatiuum subsidium subditis remittere & eos ab ipsius prestatione eximere. ¶ Videtur ꝙ sic per text. in.c. constitutus, de religio. domi. & in. c. cum venissent. de institu. Et hoc videtur aperte velle Innocen: in. c. pastoralis, per illum text. in verbo omnes prouentus preter cathedraticum.de donati. vbi Innocen. exponit prouẽtus idest moderatum auxilium. De quo in.c.cum apostolus.§.prohibemus,de censibus. Et in eadem glo.etiam refert Innocen. ꝙ quidam dicunt ꝙ si episcopus dat alicui priuilegium ꝙ non soluat moderatum auxilium in illo valet exemptio. Pro hoc quod notat Pet.de ancharano in clemen.presenti.de cẽsibus in fine post Io.and.in.c.peruenit.de immuni. eccl. vbi dicunt ꝙ barones marchiones duces & alii principes his casibus quibus possunt imponere subditis ta-

leas & collectas possunt etiam aliquos eximere a solutio ne illarum collectarum. ¶ Sed contrarium est com munis doctorum opinio vt expresse tenent Hostien. Io.and. Antoni.de butr. & Abbas siculus in.c.cum vene rabilis. de censi. & Paulus in clemen.prima de iurepa trona.quem sequitur ibi Petrus de anchara. in vltima questione,quia vt dicit Apostolus,Charitas nunq̄ exci

1 dit.c.querendum de peni.distin.ii. ¶ + Et hanc opinio nem teneo,quia remissio seu liberatio gratuita dicitur donatio.l.in edibus.in principio.ff.de donatio.& l.nō solum.§.si is qui.ff.de libera lega.&.c veniens.el primo de testi.que donatio regulariter prohibita est prelato.

2 c.ii.de donatio. + Et quia prestatio charitatiui subsidii est iuris publici fundati super naturali equitate quod pactis priuatorum tolli non potest vt.l.ius publicum. ff.de pactis.&.c.si diligenti.de foro competen. Nec ob stat.c.constitutus,de religio.domi. quia ibi exemptio fuit per papam confirmata.c.au em cum venissent, lo quitur de alio iure episcopali,videlicet de institutione & custodia ecclesiarum. Iste autem est vnus de casibus spetialiter enumeratis per Ioan.and. & doctores in di cto.c.cum venerabilis.in quibus non potest episcopus re

3 mittere subditis + ius episcopale,scilicet ꝙ non prestēt charitatiuum subsidium addendus ad alios enumera tos per glo.in.c.visis. in verbo tradite.xvi.q.ii.& in.c. pastoralis de donatio,& in.c. cum ex officii. in verbo penitus.de prescriptio. ¶ Plus sentiunt Io.and.& Ant. de butri.in dicto.c.cum venerabilis,ꝙ nedum nō valet remissio realis charitatiui subsidii facta per episcopum.

4 + sed nec personalis ad vitam ipsius episcopi,licet secus in quarta episcopali seu fructibus canonice portionis te neat Anto.de butr. post doctores in dicto.c. pastora lis. de donatio. & in aliis iuribus episcopalibus re

5 gulariter verum sit ꝙ + quando commodum pre-

lati est separabile a commodo ecclesie, vt quia consistit in honorificentia concernente personam ipsius prelati tantum, potest ad vitam suam, illud ius remittere, presertim si remissio sit firmata iuramento vt concludit Antoni. de butri. post glo. & doctores in dicto. c. cum venissent. & q in. c. siquis presbyterorum. de rebus eccle. nõ alienan. & in. c. peruenit. el primo. de iure iuran. Ad hoc. c. veniens. de transactio. Secus dicens si commodum prelati non esset separabile a commodo ecclesie. Et ita hoc

6 casu forte dicere possumus ꝙ + commodum quod percipitur ex charitatiuo subsidio est ita connexũ ꝙ in eo commodum prelati non est separabile a commodo ecclesie sue bene consideratis causis ex quibus potest exigi charitatiuum subsidium. De quibus dictum est plene supra in decimasexta & decimanona qõnibus ibi sequentibus. Ex quibus concludi potest ꝙ licet vera etiam esset opinio Innoc. Anto. de butr. & Abbatis siculi in. c. cum

7 ex officii. de prescrip. volentium ꝙ + procuratio ratione visitationis debita possit per episcopum remitti saltem pro tempore preterito, presertim si remissio fiat particulariter & in spetie & post visitationem, & non in tẽpus successoris episcopi, quia illa procuratio cõcernit cõmodum priuatum ipsius episcopi dumtaxat, cui renunciari potest vt. vii. q. i. c. ꝙ periculosum. & c. ad apostolicam, de regula. Tamen hoc non haberet forte locum in charitatiuo subsidio, quod non soluitur nec solui de-

8 bet nisi propter + commodum ecclesie principaliter vt patet in questionibus supra allegatis. Nec obstant notata per glo. & Barto. in. l. iiii. C. de anno. & tribu. li. x. quos sequitur Ludo. põta. cõsilio quinquagesimo qđ incipit In christi nomine amen. Idem in prefata consultatione qui volunt ꝙ exactor tributorum communis propter paupertatem potest subditis remittere solutionem tributi, quia vt dictum est plene supra in. xxx. questione

gione quando clericis sunt pauperes de mero iure absq; aliqua remissione non tenentur ad prestationem charitatiui subsidii. ¶ Sed licet predicta sint vera de iure, tamen non credo ꝙ ita rigide intelligendum sit quin episcopus possit eo tempore quo exigit ab aliis charitatiuum subsidium vti gratia vel liberalitate erga vnum + 9 vel duos clericos amicos vel consanguineos suos & forte benemeritos remittendo eis portionem suam charitatiui subsidii pro illa vice, si ex hac remisione non grauatur ecclesia cathedralis presertim si hoc habet consuetudo, quoniam sicut potest + episcopus de rebus eccle- 10 sie sue facere modicam donationem dictante hoc consuetudine vt in. c. ceterum, de donatio. & .c. si quos de seruis. &. c. bone rei. xii. q. ii. & plene notat Hostien. in summa de donati. §. & quicquid, Multo fortius potest 11 facere remissionem moderatam. Et + quia in querēdis facilius prelatus preiudicare potest ecclesie q̄ in quesitis vt habetur in regula delictum. de regu. iur. libro. vi. & in. §. si. xvi. q. vi. & in. c. i. de restitu. in integrum. lib. vi. Et isto modo saluari potest opinio Innocen. in dicto. c. pastoralis, de donatio. Fateor tamen ꝙ facilius presumeretur fraus in remissione q̄ in donatione per. l. si ego. ff. ad velleia. & per id quod notat glo. in. c. statutum. §. notorium. in verbo remissione, de rescriptis lib. vi. Quid autem iuris sit super subsidio quod imponitur per pa- 12 pam seu super decima papali. + Clarum est ꝙ non potest remitti per collectorem pape sine spetiali mandato per. l. filiusfamilias. ff. de dona. & in. l. contra iuris. §. si. ff. de pactis. &. c. si. de offi. vica. lib. vi. Cum remittere sit idem quod donare vt in. c. veniens. el primo. de testib. & l. si fundum. §. titio fundum, de lega. i. & habetur in. l. si quis obligatione, de regu. iuris. que donatio non venit in generali mandato per iura predicta. Sed vtrū & quomodo possit quis ab eius solutione eximi. Dico plene

Infra in questione.lviii.& duabus sequentibus.

¶ Episcopus potest componere cum subditis su per prestatione,& q̃titate subsi. dii chatitatiui.

Epithome.

1 Compositio facta per presidem prouintiæ cum subditis valet super solutio.tributorum.
2 Compositio.valet super decimis soluendis
3 Compositio inter episcopum, & archidiaconum super iurisdictione in subditos valet.
4 Transactio inter patrem, & filium emancipatum tenet
5 Multa permittuntur propter bonum pacis
6 Compositio super charitatiuo subsidio valet dummõ sit minor quantitate taxata.
7 Cõpositio sup charitatiuo d̃bet fieri cũ cõsensu capituli
8 Cõpositio super decima nõ valet si ne speciali mãdato
9 Compositio super decima papali ẽt sine mandato spe. tia.valet si constat esse ad commodum papæ.
10 Princepscui concessa fuit decima super beneficiis potest componere cum clericis.

Quest.xlviii.

Quadragesimooctauo quero An valeat compositio inter episcopum & clerum super modo prestationis,& quantitate charitatiui subsidii.Respondeo q̃ sic per tex.in.l.illud.& ibi Bart.C.de anno & tributi libro.x.vbi patet q̃ valet compositio facta per presidem prouincie cum subditis super quantitate solutionis tributi.Ad idem etiam moueor per tex. cum glo. in verbo legitima.in clemen.I.de censibus,& quod ibi notant Pau.& Guiel.& ibi latius dominus Cardi. in xii.questione & per tex.cum glo.in verbo nec compositiones,in clemen.ad nostrũ.de censi.+Sicut & valet cõ-

positio super decimis soluendis vt in.c.ex multiplici.de deci.& in .c. statuimus.de transactio.Et sicut valet com
3 positio + inter episcopum,& archidiaconum super iurisdictione in subditos vt consuluit Ludo.ponta.consilio cclxxii.quod incipit, Omnipotentis postulato suffra,
4 gio , in prepositę consultationis articulo. + Sicut etiam tenet transactio inter patrem & filium emancipatum facta vt.l.si superstite.C.de dolo.&.l.fina.C.qui aduersus quos.Presertim si talis compositio super charitatiuo subsidio fuit firmata iuramento,argumento.c.quamuis.de pactis.libro.vi.Vel si fiat propter bonum pacis ad euitādas discordias & rācores inter epm & clerū suū, qm̄
5 + pp bonū pacis multa pmittūtur q̄ alias de iure nō p mitterent vt ē tex.in.c.vbi nō est cōsēsus.de despō.ipu.
6 & i.c.nisi eēnt.de pb.& i.c.placuit.xc.di. + Et hoc itelligo verū,dūmō quātitas cōtēta in cōpositione sit minor quātitate taxata a iure sup charitatiuo subsidio p extraua.Būdi.xii.q̄ icipit,vas electiōis.§.pmissis quoq;. qm̄ cū ille tex.nō solū phibeat exigi ab inuitis vltra sūmā ibi taxatā sed ēt phibet a volētibus sponte soluere vltra sūmā illā id recipi,satis aperte ibi papa vr̄ improbare cōpositionē p quā exigi possit vel recipi charitatiuū subsidiū vltra sūmā in illa extraua.taxatā,Sed cōpositio fa p sūma minori q̄ sit illa taxa extraua.valebit,vt supra
7 dixi.¶ + Fateor tn̄ ad hoc vt cōpositio talis sit realis, & ppetua nō aūt psonalis ad vitā plati cōponētis tm̄ requirit φ sit facta cū cōsensu capituli sui p.c.tua &.c. pastoralis.de his q̄ fi.a prela.sine cōsen.capi.&.c.pastoralis in fi.de dona.In collectore aūt pape ad exigēdū subsidiū vel decimā papalē noīe pape p ipm papam deputato.
8 + Clarū est φ nō posset cōponere nisi ei specialiter eēt hoc demādatū,vel hēret gnāle mādatū cū libera p tex.i c.q ad agēdū.in fi.de pcu.li.vi.& in.l.mādato gnāli. ff.de pcu.& qd no.Bar,in.l.q rome.§.calimacus.d ver:

bo.obli. ¶ Nisi haberet gnale mādatū ad exigēdū subsi diū vbicūq; locorū,vel saltē alicuius magne prouincie. Quā forte tūc talis collector possit cōponere p tex in.l. nā & nocere.ff.de pac.facit tex.i.l.solutū.§.fi.cū.l. seq.q incipit,Vel vniuersorū ff.de pignora.acti.& in.l.ius iu rādū qd ex cōuētiōe.§.fina.ff.de iureiu.& in.l.ediles la. 1.§.pcuratoris.ff.de edili.edicto. ¶ Et idē fortius dicē dū ē in camerario pape qui est ppositus administrationi nium bonorum temporalium pape. Pro quo est optimus tex.in.l.i.in prin.ff.de offi.procu.cesa.Licet in con trariū vrgeat tex.in eadē.l.i.§.deniq;.sed ille.§.deniq; sm gl.ibi intelligitur qn constaret aperte q cōpositio

9 fieret ad damnum fisci seu principis.+ Si autem mani feste constaret q compositio fieret ad commodum pape, Credo q tunc quilibet collector pape etiam sine speciali mandato vel libera posset talem compositionem facere per tex.in.l.cum hi.§.eam transactionem.ff. de transa. & in.l.non eo minus.C.de procura.& glo. in.c.i.in ver

10 bo vacante.ne sede vacan. ¶ +Princeps autem secularis cui per papam ad tempus concessum est q percipiat deci mam fructuū beneficiorum forte sui domini iuxta cle. fi beneficiorum.de deci.cum glo.in verbo cui vis licite potest cōponere super decima cū beneficiatis sm Pau.i d.cle.fi būficiorū. quē sequitur ibi Card.zaba.in.v.q.

¶ Episcopo etiam habenti magnum patrimonium charitatiuum subsidium denegari non potest.

Epithome

1 Quando pater tenetur alere filium.
2 Bona patrimonialia prelati sunt obligata ad subueniendum indigenti.
3 Prelatus est alligatus vinculo matrimoniali ecclesie
4 Prelato restituitur quicquid exposuit de suo pro vtilita

te ecclesiæ.

5 Si episcopus fecit expensas in curia de suo proprio pro ecclesia subsidiũ charitati. debebitur heredibus epi.

Quest. xlix.

Quadragesimonono quero, Si episcopus habet valde magnum patrimonium ex quo posset subuenire indigentie & necessitati imminenti ecclesie sue, sed tamẽ reseruato patrimonio vult imponere clero suo subsidium charitatiuum, An possint eo casu subditi licite denegare subsidium dicendo ei ꝙ subueniat suis & ecclesie necessitatibus de proprio patrimonio postq̃ habet amplum patrimonium. ¶ Videtur ꝙ sic per.l. si quis

1 a liberis.§.sed si filius.ff.de liber.agnosc.vbi patet + ꝙ pater ita demum tenetur alere filium & econtra si non

2 habet aliunde vnde se alat. + Preterea bona patrimonialia prelati videntur obligata ad subueniendum indigẽtie & necessitati ecclesie vt videtur velle glosa in.c.cõstitutus.lo vltimo in verbo impotẽtiam.& ibi clarius sentiunt Hostien.& doct.de appel.Pro hoc quod notat gl. in.c.ex litteris.de pigno.& in.c. similiter.xvi.q.i, que volunt ꝙ bona patrimonialia prelati sunt tacite obligata ecclesie sicut bona mariti vxori. Sicut enim maritus subueniri debet vxori presertim necessitatem patienti vt.l.si cum dotem.§.si maritus.&.§.sinautem in seuissimo.ff.solu.matri.&.l.quod in vxorem.de nego.gest.Ita equum est ꝙ prelatus subueniat sponse.l.ecclesie sue necessitatem patienti argumento.c.sicut vir.&.c. sicut alte

3 rius.vii.q.i.cum ei sit matrimoniali vinculo alligatus vt est tex.in.c.requisisti.ad finem de testa.& in.c. ii.de translatio.episcopi vel electi. Pro ista opinione etiam adduci potest tex.in.c.episcopus.in fine de preben.dum tex.dicit nisi talis ordinatus de sua vel paterna hereditate subsidium vite possit habere,& in.c.tuis.eod. titul.

In contrarium videlicet ꝙ subditi non possint episcopo denegare subsidium charitatiuum pretextu bonorũ patrimonialium ipsius episcopi vrgere videtur tex. in .c. quicunq̃,xii.q.iiii. vbi patet ꝙ si prelatus aliquid de
4 proprio ✝ exposuit pro vtilitate vel negociis ecclesie, hoc ei debet restitui & resarciri ab ecclesia, quod expresse etiam tenent Ioan.and.in.c.ex parte,de constitutio.& Dy.& Nico.de Neapoli in.l.a tutela.per illum tex.ff.de contrario iudi.tute.Plus dicunt Ioan.de ligna. Anto.de butri.& communiter docto.in.c.de multa .de preb.ꝙ si habens beneficium curatum pro ecclesia sua fecit expensas de propriis bonis si contingat postmodum eum adipisci secundum beneficium curatum cum pacifica possessione licite poterit retinere possessionem prioris beneficii donec ei satisfiat ab ecclesia priori de expositis per eum de propriis bonis pro illa ecclesia,nec incurret penam extrauag.Ioan.xxii.que incipit, Execrabilis. §.qui vero,nec aliquam aliam penam.Si ergo potest exposita repetere,sequitur ꝙ non tenetur prelatus de proprio patrimonio subuenire necessitati ecclesie.Et per cõsequens non videtur ꝙ subditi hoc pretextu se a prestatione charitatiui subsidii excusare valeant . Et hec pars forte est verior.Pro qua faciunt notata per Inn.in dicto. c.episcopus.de prebẽ. Et idem in terminis propriis videtur velle Oldra.consi.suo .ccxlix.quod incipit . Queritur vtrum mortuo. Vbi plus dixit ꝙ si episcopus de suo
5 ✝ proprio fecit expensas in curia vel alibi pro vtilitate ecclesie sue,& propter hanc expensam imposuit charitatiuum subsidium subditis,sed ante solutionem subsidii mortuus est episcopus heredibus episcopi debebitur illud subsidium & ipsi habebunt percipere illam subuentionem argu.l.vsufructu.ff.soluto . matrim.Sed verum est ꝙ in casu quo consuluit Oldra.dicit ꝙ papa concesserat episcopo facultatem exigendi subsidium . Sed non

credo ꝙ priuilegium pape ibi fuisset necessarium, sed forte fuit obtentum ob cautelam ratione dubii euitandi vt.l. testamenta. C. de testa. vel forte subsidium ꝙ petebatur erat immoderatum & per ipsius exactionem grauabantur subditi contra.c. cum apostolus. de censib. ideo fuit necessarium priuilegium seu indultum pape.

Subditi an possint prescribere charitatiuum subsidium episcopo.

Epithome.

1 Petere subsidium charitatiuum pendet a facultate superioris.
2 Prescriptio non currit in his que sunt facultatis.
3 Prescriptio non currit in tributis.
4 Prescriptio valet ꝙ ecclesia particularis non teneatur contribuere cum aliis eccle.in oner.communibus.
5 Clemen.i.de censibus quomodo intelligatur.
6 Quarta decimarum, & mortuariorum est prescriptibilis.
7 Charitatiuum subsidium non est prescriptibile.
8 Charitatiuum subsidium prescribitur contra alias ecclesias.
9 Ecclesia particularis non prescribit contra legatum se. apo. sed contra ecclesias diocesis.
10 Charitatiuum subsidium indirecte prescribi non potest.
11 Prescriptio, vel consuetudo quomodo valeret contra charitatiuum subsidium.

Quest.l.

Quinquagesimo quero, An subditi prescribere possint ꝙ nõ

prestent charitatiuum subsidium episcopo. Respondeo ꝙ non, quia hoc esset prescribere contra charitatem, & sic prescriptio non posset habere iustam causam seu iu-
1 stum fomentum. ✝ Item quia petere tale subsidium pendet a facultate superioris causa rationabili subsistente,
2 ideo ibi non currit ꝑscriptio que non currit ✝ in his que sunt facultatis iuxta notata per Innocen. in .c. cum ecclesia sutrina, de causa poss. & proprie. & in. c. bone. el secundo. de postu. prelat. Et ita per istas rationes ꝙ non currat prescriptio contra prestationem charitatiui subsidii tenent Hosti. Anto. de butr. & Abbas siculus in. c. cũ apostolus, de censib. & domini de Rota in antiquis decio. sexcentesima septuagesimasexta que incipit Dic ꝙ subsidium Idẽ videtur velle Pet. de anchara. post Pau. in clemen. i. in fine. de iure patro. Et pro hoc facit quia
3 in tributis non ✝ currit prescriptio vt. l. comperit, C. de prescrip. xxx. anno. &. §. porro publice functiones. xvi. q. iii. Et notat glo. magna. in. c. cum non liceat. de prescrip. & in. c. tua. el secundo in verbo tributa. de decimis. & in. c. decime. in glo. prima. xvi. q. i. & .c. clerici. xvi. q. iii. Contrarium tamen videtur velle Abbas siculus in. c. dilectus, de offi. ordina. vbi dicit ꝙ valet pre-
4 scriptio ✝ ꝙ ecclesia particularis non teneatur cõtribuere in oneribus communibus cum aliis ecclesiis per tex.
5 cum glo. in clemen. i. de censibus. ✝ Sed respondeo ꝙ clemen. i. de censi. intelligitur de iuribus episcopalibus & oneribus prescriptibilibus prout est quarta decimarũ
6 & mortuariorum ✝ que est prescriptibilis etiam contra episcopum vt in. c. de quarta. de prescrip. non autem de
Spe.in titu.de loca.§.nūc aliqua.ver.xclII.vbi post mul ta videtur concludere ꝙ nisi de mente contrahentiū vel ex coniecturis aliter presumatur conductori fructuum ecclesie cedit ✝ lucrum capsoldi prouueniens ex renouationibus vel inuestituris quas facit prelatus. Ad idē qđ notat Bart.in.l.si ff.so.mat.quem sequitur ibi Ioan. de imo.vbi tenet pro si mulier dedit castrum in dotē mari to,etiam lucrum quod prouenit ✝ ex iurisdictione vt condemnationes & mulcte seu pene que exiguntur pro pter delicta dicuntur esse in fructu,& cedunt lucro mari ti.Et respondet ibi Bar.ad illud quod dicitur ꝙ non di cuntur fructus nisi renascantur,dicens ✝ ꝙ nunꝗ ex aliqua re illud idem quod semel natum est postea renascitur sed aliud eiusdem generis,& ita est in iurisdictione, quia sepe,& sepius contingit ꝙ committuntur delicta propter que pene multe & condemnationes bonorum imponuntur que dicuntur renasci licet non in eodē numero & specie bonorum. Et eodem modo dico ꝙ cum subsidium ✝ charitatiuum possit vltra semel imponi vt conclusi supra questione.xxiii.Cū pluries occurrere possint legitime cause ex quibus rationabiliter possit exigi subsidium satis dici posit,ꝙ hic fructus renascatur, & per hoc remanet responsum ad.§.si vir in fundo. Et pro predictis bene facit quod notat Bald.in.l.i. C.de fruc. & lit.expen.& in.l.i.in fi.C.si propter pub.pensita.& in c.i.§.sciendum.in ti.de feudi cogni.& Bar.in.l.in prouinciali.§. si ego.de no.ope.nun.per.l.creditor.in prī. & quod ibi notat Cy.in additi.ff.de actio.ēpti. ¶ ✝ Fateor tamen ꝙ si ex quantitate precii vel aliis probabilibus coniecturis considerata rerum & personarum quali tate constare posset ꝙ episcopus in generali locatione nō intendebat ꝙ hoc commodum quod percipitur ex sub sidio obueniret conductori,tunc non veniet per.c.intel ligentia.&.c.preterea.de verbo.sig.prout etiam conclu

dit Io. an. post Pileum in addit. in. d. ver. xciii, allegat. l. sed & si susceperit. §. i. ff. de iudi. Et pro hoc bene facit quod notat glo. in. l. i. §. i. in verbo agendo. ff. de superfi. cie. & Barto. in. l. cotem. §. qui maximos. ff. de publi- ca. & in. l. aristo. in prin. ff. de dona.

¶ Datis duobus conductoribus, altero tempo- re impositi subsidii, altero exactionis tempore, subsidium debe- tur primo.

Quest. lxv.

Sexagesimoquinto quero, Stan- te opinione quam tenui proxima qõne, q commodum quod per- cipitur ex subsidio charitatiuo debeatur vniuersali con ductori bonorũ seu redditũ epatus, Quid si tempore impositi subsidii erat vnus cõductor, sed tpe quo solui- tur subsidium forte sequenti anno reperitur alius condu ctor, cui conductori cedet lucrum subsidii. Dico q pri- mo cõductori debetur, quia debitum est contractum tempore quo erat conductor, & fructus percepti quorũ intuitu sequenti anno postea fit solutio per tex. in. l. de- functa. ff. de vsufruc. & in. l. iulianus. §. si fructibus fm vnum intellectum glo. ff. de actio. emp. Pro quo bene fa cit quod no. Bal. post Cy. in. l. fi. ff. de iurisdi. om. iudi. & in. l. diuortio. in prin. ff. soluto matr. & in rubrica. C. de rerum pmu. in fi. Veritas tñ huius pendet ex his que magistraliter tradit Barto. in. l. fi. ff. de iure fisc.

¶ Subsidium impositum in subsidium fidei christiane debetur etiam a cardinali bus ratione suorũ bñficiorũ.

Episthome.

1 Senatores exempti sunt a muneribus
2 Cardinales senatoribus æquiperantur
3 Cardinales non comprehenduntur in materia penali, seu reuocatoria priuilegiorum,
4 Cardinales nunq̃ comprehenduntur sub censuris in constitutione appositis nisi de eis fiat mentio specialis,
5 Cardinales sunt pars corporis papæ
6 In gñali sermone intelligitur exclusa psona loquẽtis
7 Cardinalatus est maior quacunq; dignitate ecclesiastica preter papatum,
8 Mixtum non continetur appellatione simplicis
9 Nullus potest esse maior fauor, q̃ fauor fidei
10 Cardinales dicuntur a Cardine,
11 Cardinales tenent locum apostolorum
12 Episcopi minores sunt Cardinalibus
13 Cardinales dicuntur columnæ ecclesiæ,
14 Inferiores imitantur ipsorum vestigia
15 Cardinales sunt tanq̃ signa ad sagittam
16 Dispositio decretalis loquentis fauore animarum ne ipsarum cura non idoneo cõmendatur comprehendit etiam cardinalem
17 Constitutio generaliter loquens comprehendit cardinales ratione proportionis
18 Constitutio loquens de principibus et prelatis fauore animarum cõprehendit principes maximi gradus
19 Regula cãcellariæ de idiomate cõprehẽdit Cardinales
20 Residentes in Romana curia excusantur a residentia in suis beneficiis
21 Lex vt communiter ligat debet adaptari ad ea que cõmuniter accidunt,
22 Constitutio generaliter loquens in materia odiosa, vel penali non comprehendit cardinales,
23 Cardinales dicuntur summi patricii,
24 Pena extrauagã, execrabilis. §. qui vero nõ habet locũ;

In cardinalibus.

25 Regula cancellariæ de vero valore exprimẽdo nõ comprehendit gratias cardinalibus factas.

26 Dispositio extrauagan. Bonifacii. viii. in iũcte. non comprehendit Cardinales.

27 Electus, & confirmatus potest administrare.

28 A sordidis muneribus non solum Cardinales sunt exẽpti, sed omnes clerici.

29 Papa habet omnia iura in scrinio pectoris sui.

30 Papa dicitur habere iura in pectore quo ad iurium interpretationem.

31 Episcopus, & canonici faciunt vnum, & idem corpus, episcopus vt caput canonici vt mẽbra.

32 Differentia debet esse inter dantem, & accipientem.

33 In mandatis procuratorum fieri debet stricta interpretatio.

34 In literis papæ ad beneficia non comprehenditur beneficium curatum, vel dignitas.

35 Personæ Cardinalium ratione beneficiorum que obtinet alio non docto debent subiacere illis in quorum dioecesi obtinent beneficia.

Quest. lxvi.

Sexagesimosexto quero, Papa imponit gñale subsidium quibuscunq; beneficiatis pro expeditione contra infideles vtrum cardinales ratione beneficiorum suorũ teneantur contribuere ad prestationem huiusmodi subsidii. Dominus Ludo. ponta. consilio suo. cccxcviii. quod incipit, Omnipotentis dei postulato suffragio, in casu quo q̃rit nunquid, consuluit expresse ꝙ non teneãtur ad prestationẽ talis subsidii mouetur pluribus mediis, Primo per. l. senatorũ. & . l. nemo. C. d dignit. li. xii. 1 vbi dicitur ꝙ senatores + exempti sunt a muneribus, q 2 bus senatoribus cardinales + equiperantur vt in. c. eccle-

ſta habet ſenatum.xvi.q.i.& in.c.conſtantinus.xcvi. di. & notat Inno.in.c.cum te.de re iudi.& habetur in.l.i. §.de qua re.ff.de poſtulan.Facit tex.in.l.ius ſenatorum C.de dignit.li.xii. vbi Imperator ſeipſum connumerat inter ſenatores.Secundo per ea que notant Hoſti. & Io. an.in.c.ad liberandam.de iudeis,vbi referunt quanda3 extrauagantem Inno.tertii per quam in ſubſidium terre ſancte impoſuit ſubſidium omnibus ſubditis & prelatis,in qua ſubiungit,nos autem, & fratres noſtri ſancte romane eccleſie cardinales plenariam decimam perſoluemus &c.Per que verba colligitur ꝙ ideo papa ſe cũ cardinalibus obtulit ſoluturum:quia alias in generali impoſitione cardinales non comprehendebantur. Tertio p ea que notant Io.mo.& Io.an.in.c.vnico de ſciſma .li. vi.vbi dicunt ꝙ in materia penali ſeu reuocatoria ✝ pri
3 uilegiorum diſpoſitio loquens per verba quantuncunq; generalia non comprehendit cardinales, niſi de eis fiat ſpetialis mentio per illum tex. & propterea dicunt ibi olim fuiſſe declaratum declaratoriam Bonifacii octaui de qua in.c.fi.de conceſſ.preben.lib.vi.non comprehendere cardinales.Pro quo etiam allegat notata per Ioã. and.in.c.quia periculoſum.de ſen.exco.lib.vi. vbi vult
4 ꝙ cardinales ✝ nunq̃ comprehendantur ſub cenſuris ap
5 poſitis in conſtitutione niſi de eis expreſſe fiat mẽtio.✝ Quarto quia cardinales ſunt pars corporis pape vi.q. i.§.verum.ver.ſiquis.&.l.quiſquis.C.ad.l. iul. maie. & ipſius ſpeciales fratres.c.fundamenta.§.decet.de elec.li. vi.&.c.i.de offi.lega.li.vi.vnde ſicut non preſumitur papam contra perſonam ſuam ſcripſiſſe ſeu mandaſſe vt in.c.cum inſtantia.& ibi no.de cenſib.quia in generali
6 ſermone ✝ intelligitur excluſa perſona loquentis.c.petitio.de iureiuran.&.l.inquiſitio.C.de ſolut.ita etiam intelliguntur excluſi cardinales qui ſunt pars corporis pape & eius mẽbra.Quinto per.c.ſedes,de reſcrip. & cle.

non potest,de procu.&.c.qui ad agendum eō.ti.li.vi. & per.l.fi.§.cui dulcia.de vino tri.& oleo lega. &.l. nā ꝙ liquide.§.fi.de penu.lega.cum cardinalatus + sit maior quacunq; dignitate ecclesiastica preter papatum secundum Hostien.& Io.an.in.c.dilectus.el.i.de preben. Et pro hoc etiam allegat.c.per venerabilem.§.rationibus.qui fil.sint leg.Sexto & vltimo dicit non posse dici ꝙ cardinales ratione beneficiorum suorum teneantur tanq̄ administratores seu commendatarii.quia eo ꝙ ista qualitas cardinalatus reperitur adiecta administrationi non potest dici ꝙ,vt administrator teneatur cum appellatione simplicis + non contineatur mixtum vt.l. titie rextores.de lega.i.&.l.legatis.de lega.ii.&.l. hoc legatum.de lega.iii.&.l.vim passam,§ .prescriptione .ff. de adult.& allegat no.per.d.Anto.de butr.in.c.at si clerici.§.de adulteriis.de iudi.Sed salua reuerētia tāti doc. credo ꝙ.d.Ludo.pont.potius in predicto consilio locutus fuerit studio complacendi q̄ animo veritatis exprimende,& opinor ꝙ veritas sit in contrarium,videlicet ꝙ cardinales teneantur ad prestationem subsidii quod imponitur per papam in subsidium fidei christiane. Quod probabo ratione,& auctoritate. Et presuppono ante omnia ꝙ impositio subsidii ex tali causa est fauorabilissima,quia nullus potest esse se maior + fauor q̄ fauor fidei christiane propter quem sepe receditur a terminis iuris.c.ii.de conuer.in fide.&.c.iudei.xxviii .q. i.&.c.ex multa.ver.in tāta quoq; necessitate populi christiani.c.in fidei fauorem.&.c.accusatus.§.licet. & quasi per totum.de heret.li.vi.Hoc sic presupposito dico ꝙ ratio naturalis dictat ꝙ ipsi teneātur ad prestationem huius subsidii. ¶ + Cum enim dicantur cardinales a cardine, quia sicut a cardine regitur,& sustinetur hostium ita per cardinales regitur,& sustinetur vniuersalis ecclesia secundum glo,in.c.ii.de offic.archipresby.& Archi.

in.c.sacrosancta.per illum tex. in fine.xxii.disti.& in.c.
11 vbi periculum.de elect.lib.vi.✝ Preterea cum ipsi tene
ant locum apostolorum ratione maioris dignitatis quã
obtinent post papam per .c. per venerabilem.§.ratio-
nibus . qui fil.sint leg.iuncto. c.videntes.cum glo . xii.
q.i.Sicut de episcopis etiã dicit tex.in.c.in.nouo. xxi.
12 disti.& in.c.quorum vices.lxviii.di.qui minores✝ sũt
cardinalibus vt in.c.q̃q̃.ii.q.vii.vt plenius ipse. d .Lu-
do.ponta.hoc concludit consilio suo.cccxciii.quod in-
13 cipit,Vos estis lux mundi.¶✝ Item cum dicantur esse
columne ecclesie.c.accusatio.ii.q.vii.ibi.Columne san-
cte dei ecclesie que apostoli.& eorum successores non im
merito dicuntur.& cle.siquis suadente.§.penul.de penis
ergo sicut hostium sustinetur, & adiuuatur a cardini-
bus sicut domus sustinetur a columnis,sicut apostoli om
nia fecerunt ꝑ glorificando & ampliando Xp̃i nomine
etiam se morti subiiciendo,ita conueniens est, & ratio
ni consonum ꝙ cardinales cõtribuant ad solutionẽ sub-
sidii in fauorem fidei,& religionis xp̃iane impositi.Itẽ
cum vt supra dictum est sint pars corporis pape qui vica
rius est Christi vt.in.c.quanto.de transla.prela. &.c. ita
dominus.xix.distin.Imitatores esse debent Iesu christi,
qui vt legitur in actibus apostolorum, Cepit primo fa-
cere postea docere vt alios verbo pariter instrueret,& exẽ
plo, Cum enim ipsi cardinales prestiterint subsidia
14 & stipendia pro auxilio fidei christiane facile ✝ infe-
riores eorum exemplo proniores erunt ad talia exhi
benda subsidia.c.magne de voto. c. cum in iuuentute.
15 de purg.cano.&.c.precipue.xi.q.iii.quia cardinales ✝
sunt tanq̃ signum ad sagittam positum in quos om
nes oculos coniiciunt.c. qualiter,& quando el secun.
de accusã.Q đ aũt ista sit vera conclusio ꝑbaẽ pluribus
auctoritatibus ex q̃bus patebit ꝙ dispositi o fauorabilis

prout est hec generaliter loquens comprehendit cardinales. Primo ex auctoritate Archi. & Io.an.in.c.nemo de
16 inceps de elec.li.vi.vbi volunt ꝙ dispositio ✝ illius decre.generaliter loquentis que introducta est in fauorem animarum, ne cura animarum commendetur non idoneo comprehendit etiam cardinalem. Secundo ex doctrina Io.mo.in extrauag.Bonifacii que incipit, Excommunicamus.quem sequitur Domi.de san.Gem.in.c.ad
17 succidendas.de scisma.lib.vi.vbi dicit ꝙ constitutio ✝ generaliter loquens comprehendit etiā cardinales quādo est pariter proportionabilis cardinalibus, & ideo cōcludit ꝙ etiam anteꝗ emanaret.c.felicis.de penis.li.vi. dispositio.c.siquis suadente.xvii.q.iiii.que est fauorabilis & introducta in fauorem totius ordinis clericalis vt est tex.in.c.contingit.el.i.de sen.exco.comprehendebat cardinalem, & quasi reuocat que dixerat in.d.c.ad succidendas, dicens sibi tunc non fuisse credendum quasi loqueretur in causa propria tanꝗ cardinalis. Tertio ꝑ id quod notat Hosti.in.c.pro humani.de homi.li.vi. quē sequitur ibi Io.and.& Domi.in.§.sacri.vbi dicit ꝙ ille tex.generaliter loquens de principibus & prelatis, cū
18 sic editus in fauorem ✝ animarum comprehendit principes etiam maximi gradus, & ita dicit se audiuisse ab auctore illius decret. talem fuisse ipsius intentionem Quarto per id quod notat Cardi.zaba.post Pau.in clemen.in plerisq;.in prin.in.xvi.q.de elec.vbi tenet ꝙ dispositio illius cle.generaliter loquens que inducta est in fauorem cultus diuini, & dignitatis pontificalis non solum comprehendit archiepiscopos & patriarchas prout dixerat ibi glo.in verbo quantacunq;, sed etiam generaliter comprehendit quoscunq; alios citra papam. Et propterea alias inter dominos meos de Rota me ꝓsente fuit
19 determinatum ꝙ regula ✝ cancellarie generaliter disponens ꝙ nullus extra nationem suam vigere gratie expe-

statiue assequi possit parrochialem ecclesiam nisi intelligat,& sciat intelligibiliter,& loqui illud idioma cõprehendat cardinales,cum regula illa edita fuerit in fauorem animarũ. ¶ Quod sine dubio procedit in cardinalibus non residentibus in curia,quia illi non excusantur a residentia vt est tex.in.c. ex gestis.de cle. non re
20 sid.Sed in residentibus in curia ✝ romana & assistentibus pape dubium facit,quia tales de iure communi excusantur a residentia in beneficiis suis secundum Ioan. and.in addi.Spe.in titu.de cler.non residen.§.1.in fine. & in titulo de legato.§.sequitur.Sed hoc non obstante credo ꝙ bene fuerit iudicatum quia cum hoc priuilegium cessare possit non residendo in curia, non haberi debet in consideratione,quia alias sequeretur ꝙ regula illa de idiomate nullos officiales assistentes pape qui excusantur a residentia in beneficiis suis.per.c. cum dilectus.de cle.non resi.Nec alios priuilegiatos super residẽtia comprehenderet ꝙ esset absurdum. Ad hoc enim vt
21 lex ✝ communiter omnes liget per.c.1.de consti. sufficit ꝙ adaptetur ad ea quę cõmuniter accidunt vt. l. nã ad ea.ff.de legi.&.c.1.de cler.non residen.quod est communiter verum,quia vt plurimum curati residẽt in parrochiis suis,& curam animarum per se exercẽt. Illud au
22 tem ✝ de plano fateor ꝙ in materia odiosa vel penali constitutio generaliter loquens per quecunqȝ verba non comprehendit cardinales nisi de eis fiat specialis mẽtio
23 quia summi ✝ sunt patricii vt in.§.filiusfamillas. instl. quibus mo.ius patr.potesta.sol.De quibus nisi specialiter dicatur cum speciali nota digni sint neglectum intelligitur vt.l.item apud labeonem.§.hoc edictum .ff. de iniur.Et ita proprie intelligitur, & restringitur dictum Io.mo.in.d.c.ad succedendas,volentis ꝙ nunꝗ constitutio comprehendat Cardinales,nisi de eis fiat specialis mentio, quia intelligitur quando constitutio est pena

lis vel aliter odiosa.Et ita declarat Abb.sicu.in cle.i.circa.prin.de excess.prela.Et per hoc dicit Hostien.in.c. ex gestis. de cleri.non resi.quem sequitur Io.and.in addi. Spe.in titu.de legato.§.sequitur. ¶ Quot constitutio continens censuras contra quemcunq; non comprehendit cardinales nisi de eis fiat specialis mentio argu. c.
24 quia periculosum.de senten.excommu.li.vi. + Et per hoc dicimus ꝙ pena extrauagantis execrabilis.§. qui vero imposita retinentibus beneficia incompatibilia sine dispensatione non habet locum in cardinalibus, vt est tex.in dicta extrauaganti execrabilis.§.nos itaq;. & tenet Io.and.in addi.Spec.in dicto.§.sequitur in fi.quicquid dixerit Abbas sicul.in.c.bone.el.i.de postu. prela. & in.c.ecclesia.el.ii.de elec. Et propter hoc recte etiam consuluit Pe.de ancha.consil.suo.cclxxxviii.quod incipit,In christi nomine amen. Pro clariori euidentia.
25 ¶ + ꝙ regula cancellarie anullans gratias etiam motu proprio factas nisi in eis exprimatur verus valor beneficii,non comprehendit gratias cardinalibus factas, quia talis regula est exorbitans,& restringenda.Et per multa alia motiua que ipse ponit ibi.Et propterea alias fuit determinatum per dominos meos de Rota me presente ꝙ dispositio extrauagantis Bonifacii octaui que incipit,
26 + Iniuncte que punit prouisos in curia per papam de ecclesia cathedrali si administrant anteq̄ redimerint bullas de camera apostolica non comprehendit cardinales quibus per papam prouisum est vel commendata ecclesia cathedralis, quia dispositio illius extrauagantis est penalis,& odiosa,& contra iura,videlicet contra.c.trāsmissam.&.c.nostis.de elec.&.c.auaricie.eod.titu.li.vi,
27 cum ibi notatis,vbi habetur ꝙ + electus, & confirmatus potest administrare quorum amborum loco succedit prouisio apostolica vt notat glo.,in verbo prouisionem.in.c.i.de elec.lib.vi.& in.c.vt circa.in glo.ii.eod.

titu.& lib.Restat modo respondere ad motiua domi ni Ludo.ponta.adducta pro parte contraria in dicto cō silio. Et primo ad.l. senatorum.C. de dignitati.libro.xii. Respondeo ꝙ illa lex intelligitur de sordidis muneribus, licet ibi sit, verbum generale a ceteris prestationibus quas iudices describunt a quibusmuneribus sordidis de iure sunt exempti omnes illustres, vt.l.fin,C. de excusa. munerum. libr. x. & omnes habentes culmina maximarum dignitatum, vt est tex,in.l.maximarum.in prin. C. de excu.mune.lib.x.

28 ✝ A quibus muneribus sordidis etiam exempti sunt non solum cardinales sed etiam omnes clerici ratione suarum ecclesiarum & beneficiorum vt.l. placet. C. de sac.san.eccle.& in.§.nouarū.&.c.placet.xvi.q.i. Quod autem d.l.senatorum.intelligatur solum de muneribus sordidis sentit ibi glo. in verbo nec nondum dicit in culcatio. Et hoc apertius ibi tenet Barto.ita summādo illum tex.& pro hoc tex.in.l. quoniam diuersi. C. de dignita.lib. xii. Ad.l. nemo. C. de dignit.lib.xii. Respondeo hoc verum esse ꝙ senatoribus non potest indici munus nisi ex certa scientia principis, & probatur in.l.precipimus.eo.ti. Sed impositio subsidii ob fauorē fidei christiane de qua dictum est facta est auctoritate pape, & de eius certa scientia qui scit eam impositionem comprehendere cardinales. Ad secundum in quo dicebatur de extrauaganti Innocen.tertii relata per Hostien.& Ioan.and.in.c.ad liberandam.de iudeis,videlicet ꝙ dicit nos autem,& fratres nostri cardinales plenariam decimam persoluemus. Respondeo ꝙ ibi non fuerunt apposita illa verba eo quia cardinales non comprehenderentur sub gñali impositiōe subsidii,sed ꝑ ipsum papā qui non comprehendebatur, quia in gñali sermone non intelligitur ꝑsona loquētis vt.l. si mercedē §.fi.ff.de ac. emp.&.c.petitio.de iuiuran. Et semper in

telligitur excepta persona principis vt in.c.venientes,de
iureiuran.&.l.Imperatores.ff.ad municip. Vel fuit ideo
de cardinalibus expressum ibi ad cautelā vt facilius alii
inuitarentur ad solutionem non ꝙ non comprehende-
rentur in generali impositione,habundans enim caute-
la non habet nocere vt.l.testamenta.C.de testa.&.l. qui
mutuam.§.non ideo.ff.manda. Vel potest dici ꝙ illa ex
trauagans sit reuocata per tex.in prohemio sexti.§. fin.
Ad tertium dum adducebat dictum Io.mo.in.c.ad suc
cidendas.de scisma.li.vi.volentis ꝙ in generali disposi-
tione nunq̄ comprehendantur cardinales nisi specifice de
eis fiat mentio,satis plene fuit responsum,supra, qa illa
doctrina procedit in penalibus & odiosis,hic autem su
mus in fauorabilibus.Ad quartum dum dicebat Lud.
ꝙ cardinales sunt pars corporis pape & eius mēbra.Rñ-
deo ꝙ hoc non est simpliciter verū sed intelligitur.quo
ad assistendum pape,& prestanda ei salubria consilia,vt
in.c.fundamenta.§.decet.de elec.li.vi.non autē ꝙ car-
dinales tanq̄ pars corporis pape gaudeant omnibus pri
uilegiis,& prerogatiuis quibus gaudet papa,vt de se pa
29 ter,sicut dicimus ꝙ papa habet +omnia iura in scrinio
pectoris sui,vt in.c.i.de cōsti.li. vi. Nam illud non est
simpliciter verum sed intelligitur habere in scrinio pe-
ctoris p viros desertissimos,& doctores clarissimos quos
semper in curia sua habere presumitur vt dicit Cy.in.l.
30 omnium.C.de testa.+ Vel intelligitur habere iura in
scrinio pectoris quo ad iurium interpretationem secun
dum gl.in.c.preterea.xxiii.di. Alias enim si diceremus
ꝙ ex hoc ꝙ cardinales sunt membra,& pars corporis pa
pe non tenerentur ad prestationem subsidii, sequeretur
eodem modo ꝙ capitulum seu canonici non tenerentur
contribuere ad prestationem subsidii impositi p suum
episcopum,quia ipsi sunt vnum,& idem corpus cū eo,
31 quoniam + episcopus est caput,& ipsi membra, vt est
tex.in

tex.in.c.nouit.de his que fi.a prela.fine consen.cap.&.c. cum clerici.de verbo.sig.Et quia debet esse differentia.
32 + inter dantem, & recipientem vt in.c.fi.de institu.& c.per vestras.de iurepatrona.&.c.debitum.de baptism. quod tamen est falsum,quia immo ipsi tenentur ad prestationem subsidii charitatiui impositi per episcopum, quoniam ipsi magis tenentur subuenire episcopo suo q̃ alii vt concludunt Hostien.& Anto.de bu.in.c. vt pretérite.de elec.& dixi supra in.xxvii.q.Ad quintum dum adducebat Ludo.c.sedes.de rescrip.& cle.non potest.de procura.Respondeo ꝙ.c.sedes,loquitur in rescriptis ad lites que sunt odiose vt in.c.ad hec. &.c.fi.de rescrip.Et
33 + similiter cle.non potest.loquitur in mandatis procuratoriis in quibus debet fieri stricta interpretatio,vt est tex.in.c.cum olim.el.i.de offi.deleg. hic autem sumus in materia fauorabili in qua fieri debet larga, & ampla interpretatio.Sicut enim dicimus in litteris pape ad be
34 neficia + ꝙ non comprehenditur beneficium curatum vel dignitas nisi de eo fiat mentio in litteris, quoniam emanant littere odiose vt est tex.in.c.vltimo.de prebē. & in.c.cum in illis in prin.eod.titu.lib.vi.Tamen talia beneficia comprehenduntur sub generali vocabulobene ficiorum quando littere pape emanant in materia fauorabili vt est tex.in.c.si tibi concesso.de preben.lib.vi. & in.c.tua de verbo.sig.& habetur per gl ordinariā in.c. beneficium.de reg.iur.lib.vi.Ita dicendum est ꝙ in ista generali,& fauorabili dispositione comprehendantur cardinales.Ad.l.fi.§.cui.dulcia.de vi.tri. & oleo legat. &.l.nam ꝙ liquide.§.fi.de penu.lega.Respondeo ꝙ illa iura loquuntur in rebus non in personis vt hic.Vel loquuntur quando precessit enumeratio specierum sub q̄bus id de quo queritur nullo modo comprehendebat & secuta est clausula generalis quod non est in casu nostro,Ad sextum,& vltimum dum dicebat Ludo. ꝙ ap
I

pellatione simplicis non venit mixtum, dico q illud p cedit in materia odiosa, vt est tex. in. c. licet canon. de elec. li. vi, iuncto. c. statutum. eod. titu. & li. Sed secus est in materia fauorabili prout est hic, vt est tex. in. c. si. de simo. & in. c. cum tibi. de verbo. sig, & plene per Barto. & doct. in. l. ii. in prin. de verbo. obl. Preterea quamuis persona cardinalium in multis sit priuilegiata, tamē ra
35 tione beneficiorum que obtinent + alio non docto sub iacere debent illis in quorum diocesibus obtinent bene ficia sicut de exemptis dicit tex. in. c. cum capella. &. c. ex ore. de priuileg. Sicut etiam de patriarcha habente commendam in diocesi episcopi determinant Anto. d̄ bu. & Io de imo. post Boatinum in. c. ad supplicationē de renuntia. Pro hoc facit quod notat glo. ordina, in. c. l. iii. q. vi. Et per hec credo responsum motiuis domini Ludouici.

¶ Iudei possunt compelli ad subsidium impositum per papam protuitione fidei christianæ.

Epithome.

1 Iudei tenentur ad decimas personales.
2 Christiani laici nō debēt eē deterioris cōditiōis q̄ iudei.
3 Infideles habitantes in terris christianorum possunt cō pelli ad subsidium pro auxilio fidei christianæ.

Quest. lxvii.

Sexagesimoseptimo quero, An iudei compelli possint ad solutionem subsidii impositi per papā pro tuitione, & defensione fidei christiane. Respondeo q sic, quia sicut ex prediis, & domibus suis coguntur sol uere decimas, & oblationes, de qbus soluerent xp̄iani si ea possiderent vt est tex. in. c. quanto. in si. de vsuris. &

in.c.nimis.el.ii.de excess.prela.& in.c.de terris de decimis, & tenet Innocen. in. c.in aliquibus.de deci. & Lap. allega .lxiii.que incipit In dei nomine amen, dubitatiuus articulus.& Bal.in ꝓhemio Grego. in.iii. colum. Ne ecclesia per possessiones eorum deterioris sit conditionis q̃ si possiderentur a christianis a quibus ꝑciperet decimas. Immo secundum magis communem

1 doct. sententiam iudei teneantur + etiam ad decimas personales, vt tenet glo.in.c.decime.in verbo negocio. xvi.q.i.& in.c.tua.el.ii.in verbo nequicie.de dec.& Hostien.Pe.de ancha.d.Car.zaba,& cõiter doc.in.d.c. quáto.& Anto.de bu.post doc.in.d.c.de terris. Indignum enim esset ꝙ christiani laici qui per papam possunt cõpelli ad solutionem talis subsidii, vt plene dixi, supra

2 in.ivi.q.& sequenti deterioris essent + conditionis q̃ iudei.xxviii.q.i.c.omnes.Et eodem modo dico ꝙ saraceni,& alii infideles habitantes in terris christianorum vel existentes sub dñio christianorum compelli possunt

3 + ad prestationem subsidii impositi pro fauore,& auxilio fidei christiane per ea que scribit Io.an.in addi.Spe. in rubrica de iudeis.ver est sciendum ꝙ licet de iudeis. & Oldra .consi.suo.xci.quod incipit, Venit in dubium an saraceni.& Abbas sicu.in.d.c.de terris.& pro vtroqꝫ dicto bene facit qđ notat Inn.in,c.qđ sup his.de voto,

¶ Decima papalis,vel subsidiũ non exigitur ab hospitalibus leprosorum,vel infirmorum.

Epithome

1 Decima papalis non soluitur de his que conuertuntur in vsus deseruientium pauperibus.

2 Rectores hospitalium soluunt decimam papalem de his que percipiunt in studio.

3 Hospitalia non soluuut decimam papalem,de residuo, sed debet expendi in vsus pauperum.

Quest.lxviii.

Sexagesimooctauo quero, An decima papalis seu subsidium quod imponitur per papam debeat solui de bonis hospitalium leprosariorum, vel xenodochiorum. Glo. ordinaria cum qua omnes transeūt in cle. si beneficiorum. in glo. i. de deci. dicit ꝙ tempore Clementis quarti, & Honorii emanarunt super hoc declarationes que repetite fuerunt tempore. Bonifacii octaui quas dicit Ioan. and. se vidisse sub bulla continentes ꝙ de redditibus talium locorum qui in vsus infirmorum & pauperum conuertuntur decima papalis non debet solui. Et idem tenet ibi Pau. de leaza. dicens hoc fuisse tempore quo Bonifacius octauus imposuit decimam ꝑ guerra, & negociis regni Sicilie. Et hoc tenet etiam Lap. in repetitione. c. de xenodochiis. in. iii. questione. de relig. do. Et Fede. consil. cxi. quod incipit, Questio talis est an diocesanus. & Pe. de peru. in tractatu de quarta canonica in. xiii. questione pricipali. ver. demum queritur de visitatore. Et aliquid tetigi supra in. xxxviii. qōne ¶ Sed quia predicte declarationes loquuntur de hisque conuertuntur in vsus infirmorum, & pauperum. Dubiū est an decima papalis solui debeat de his que conuertun-
1 tur in vsus illorum ✝ qui presunt hospitalibus & pauperibus deseruiunt Ioan. and. in addi. Spe. in rubrica de deci. ver. item ad intellectum hoc difuse attingit, & ꝑ plurima iura, & rationes concludit ꝙ etiam de talibus non debebit solui decima papalis, Subdit tamē ibi Io. and. ꝙ si hospitale esset datum in beneficium prout interdum fit iuxta cle. quia contingit. §. vt autē. de relig. do. Vel si rectores hospitalium hospitalitati non deseruiunt licet alimenta ministrorum suorum qui deseruiunt
2 possint de decima papali soluenda deduci. ✝ Ea tamen que in studio vel alibi rectores predicti percipiunt

veniunt decimanda. Pro quo vltimo bene facit. l. qui sub pretextu. C. de sa. san. eccle. & . l. generaliter. C. de epi. & cle. canoniza. xvi. q. i. c. generaliter. ¶ Quid autē de eo quod superest vltra vsum infirmorum, & pauperum an de eo soluetur subsidium seu decima papalis Lap. in dicta cle. si beneficiorum. cum quo transit Io. de imo. ibi dicit se consuluisse cum Io. and. ꝙ de talibus solui debet decima papalis, cum declarationes predicte solum loquantur de his que exponuntur in vsus infirmorum. Sed Car. zaba. in. d. cle. si beneficiorum. in. iii. q. tenet cōtrarium dicens ꝙ immo non soluetur decima papalis, 3 de illo residuo, + sed debet expendi in vsus aliorū pauperum, vel conseruari ad superuenientiam maioris numeri pauperum exquo ad hoc fuerunt redditus deputati vt dicta cle. quia contingit, & hoc magis placet, tum quia declarationes predicte sunt fauorabiles, & introducte in fauorem alimonie pauperum, & ideo large interpretande vt dicit Io. and. in addi. Spe. in dicta rubrica, tum, quia vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri. c. cum in tua. de deci. & . c. cognouimus. xii. q. ii.

¶ In solutione decimæ papalis ante omnia expense sunt deducēde pro fructibus colligendis factæ.

Epithome.

1 Decimæ spūales soluuntur non deductis expensis
2 Decima papalis proprie, & stricte non est decima.
3 Decima papalis non regulatur vt aliæ decimæ
4 Decima papalis succedit loco decimarum, que olim soluebantur sacerdotibus a leuitis s̄m Tho.
5 Quarta que hodie soluitur episcopo successit loco decimarum leuiti,

Quest. lxix.

Sexagesimonono quero, An in solutione subsidii per papã impositi seu decime papalis deduci ante omnia debeant expense pro fructibus colligendis facte, & sine quibus fructus percipi non potuerunt. Respondeo ꝙ sic secundum glo. in cle. si beneficiorum, in verbo taxationem. de deci. que dici ita contineri in quibusdã declarationibus pontificum. Et idem tenet ibi Car. zaba. s. v. q. Et sequitur ibi Io. de imo. Idem dicit Anto. de bu. post doc. in. c. cum homines. de deci. Pro hoc facit tex. in. l. i. C. de fruc. & lit. expen. & in. l. domum. C. de rei ven. & in. l. fructus. ff. solu. mat. Licet contrarium in hoc & male dicat Anto. de but. post doct. in. c. fin. de voto. vbi dicit ꝙ vigesima reddituum ecclesiarum que impo nitur per papam pro succursu terre sancte solui debet nõ deductis expensis. Nec obstat si dicatur ꝙ alie decime, 1 + communes, & spirituales soluuntur non deductis expensis vt in. c. cum homines. &. c. non est. &. c. tua nobis 2 de deci. ¶ + Quia ista decima papalis non est proprie, & stricte decima secundum Car. in. d. cle. si beneficiorũ. in. ii. &. iiii. questione sed potius subsidium per ipsum papam impositum, & variabile, quia interdum imponitur vigesima, vt in. c. si. de voto. & in. c. ad liberandã, in antiqua compilatione de iudeis, vt supra sepius di- 3 ctum est nec + regulatur, vt alie decime spirituales secũdum glo. in cle. dispendiosam. in verbo decimis de iudi. licet ista decima papalis, vt refert Stepha. in dicta cle. si beneficiorum. Et Tho. in secunda secunde. q. lxxxvii. 4 arti. vltimo circa fi. hodie succedat loco + decimarum quas olim leuite. i. inferiorum ministrorum gradus dabant sacerdotibus superioribus suis de quibus loquitur tex. in. c. i. ver. & rursus ex ipsis. de deci. Sed credo ꝙ ma 5 le dicant, quia loco, illius + decime hodie successit quarta decimarum, & aliorum que debetur episcopo

de qua in.c.de quarta.de prescrip.& in.c. conquerente de offi.ordi.vt declarat Abb.sicu.in.d.c.i.de decimis.

¶De priuilegio concesso hospitalariis pro subsidio terræ sanctæ vt quisque ipsorum percipiat legata ad pios vsus facta.
Quest.lxx.

Septuagesimo quero, Papa concessit priuilegium hospitalariis, & templariis que pro subsidio terre sancte quisque eorum per prouincias suas percipiat legata indistincte relicta ad pios vsus. Contingit que iure legati vel hereditario relinquitur indistincte pauperibus vel pro anima mobile vel immobile executor deputatus in testamento verbo distribuerat que tale hospitale habeat tantum, & tale tantum vel tale habeat talem rem, & alius aliam rem, veniunt hospitalarii vel templarii priuilegiati, & petunt ista bona dicentes que distributio non potuit fieri per executorem quia bona illa spectant ad eos dicentes sibi deberi non solum post priuilegium sic relicta sed etiam relicta prius que tamen non erant disposita tempore date priuilegii executore contrariu asserente. ¶Queritur an valeat dicta distributio facta per executorem. Io.an.in addi. Spe.in ti.de instru.edi.§.nunc aliqua.ver. sed coram quo. post Nico.de mattha.format hanc questionem, & post multa concludit que si executor admonitus fuerit. & distribuere cessauerit, tunc priuilegiati licite petunt Et similiter si priuilegiati petierunt, & obtinuerunt heredes sibi condenari, & consecuti sunt bona, hoc postea non retractabit. Sed executore non monito, nec sua pro priuilegiatis lata nec solutione eis facta valebit distributio facta per executorem Sed vbi testator non reliquisset executorem, vel si reliquisset mortuus esset distributione non facta, tunc priuilegia-

ri predicti venirent ad tale relictum. Et ista dicta simpli citer sequitur Lap. in repeti. c. de xenodochiis. in. lxiiii. q. de reli. do. Sed super hoc, videndum est quod notat glo. in cle. i. in verbo deputatis. de testa. & Fede. consili. cccvii. quod incipit Factum tale est ante cõstitutionẽ.

¶ Subsidium non potest imponi per concilium generale sine speciali cõmissione papæ non vrgente magna necessitate, & sine presentia papæ,

Epithome.

1 Concilium generale non potest expedire aliqua de reseruatis papæ,
2 Concilium non deponit, nec restituit episcopum,
3 Depositio: & restitutio episcopi sunt de reseruatis papæ
4 Concilium generale non transfert episcopum,
5 Translationes episcoporum sunt papæ reseruatæ.

Q uest. lxxi.

Septuagesimoprimo quero, An concilium generale legitime, & canonice congregatum in quo papa personaliter non intereſt possit imponere generale, subsidium omnibus beneficiatis forte pro subsidio fidei christiane vel pro alia causa. Respondeo q cum hec sit ardua, & grauis res concernens, vniuersã christianitatẽ censetur de reseruatis pape, dato q non reperiatur ius hoc specialiter pape reseruans per. c. maiores. de baptis. & per id quod notat Spe. in titu. de lega. §. nunc ostendendum. circa fi. ver. legatus, & glo. in. c. quod translationem. de offi. le. ¶ Dicendum est q concilium generale sine speciali commissione pape non posit hoc, vniuersale subsidium imponere nisi vrgeat magna necessi-

tas,& periculum sit imminens in mora. ¶ Per ea que late scribit Abbas sicu.in disputatione sua que incipit, Episcopus,& quidam rector parmensis.in penul.car. vbi tandem post multa hincinde adducta concludit ꝙ con
1 cilium + generale non potest expedire aliqua de reseruatis pape nisi magna necessitas, & imminens periculũ ecclesie contrarium suadeat. Et pro hoc bene facit quod notat glo.in.c.episcopus presbyter.xi.q.iii.que dicit ꝙ
2 concilium non deponit + episcopum nec restituit epi
3 scopum depositum, quia ista sunt + pape reseruata vide primo est tex.in,c.i.&.ii.de transla.episcopi. De secundo est tex.ii.q.vi.c.ideo.& habetur in.c.ex tue.de cle. nõ resi.& in.c.clerici d cle.excõ.mi. Similiter nec cõciliũ
4 generale + transfert episcopum nisi ad hoc habeat speciale mandatum a papa secundum Hugo.& Archid.in.c. episcopus de loco.vii.q.i. Ita intelligentes, & restringentes tex.ibi dum dicit, In presentia synodi transferatur
5 cum translationes + episcoporum pape sint reseruate vt d.c.quod translationem.&.c.mutuationes.vii.q.i.cum similibus. Nec obstat predictis.c. ad liberandam in antiqua compilatione de iudeis, vbi patet ꝙ in concilio generali fuit imposita vigesima reddituum omniũ ecclesiarum pro succursu terre sancte, vt etiam tenet glos. in verbo vicesimam.in.c.vltimo de voto. Quia respondeo ꝙ in illo concilio, tunc intererat,& presidebat personaliter Innocentius papa tertius, vt apparet ex suprascriptione dicte decre.ad liberandam, quo casu non est dubium ꝙ papa in illo concilio potuit imponere vigesimam & decimam prout sibi placuit.

¶ Papa potest concedere laico, seu principi secu-
lari decimam fructuum beneficiorũ
certæ prouinciæ.
Epithome.

1 Papa potest habilitare laicum ad mere spiritualia.
2 Decimæ meræ spirituales olim fuerunt concessæ laicis propter oppressiones hereticorum.
3 Concessiones decimarum fiũt ad tempus
4 Si papa concederet in perpetuum concessio teneret

Quest.lxxii.

Septuagesimosecundo quero

Vtrum papa possit concedere laico seu principi seculari decimã fructuum beneficiorũ certe prouincie vel dñii. Glo.in verbo cui vis.in cle.si beneficiorum.de decimis dicit ꝙ sic,& dicit ꝙ hoc sepe praticatur in Frãcia.& sequitur ibi Pau.de leaza.dicens ꝙ potest esse causa iusta quia cõceditur in subsidium terre sancte de voto.c.si.de iudeis.c.ad liberandam.Et idem tenet Car.zaba.in dicta cle.si beneficiorum.in.iiii.qõne. ¶ 1 Pro quo facit quia si papa laicum habilitare potest ad mere spiritualia vt habetur per glo.ordinariam in.§.verũ. xxxii. di. & in.c.decernimus,& ibi omnes doctores de iudi.Et per Spe.in ti.de lega.§.nunc ostendendum. ver. lx. ¶ Et si propter oppressiones hereticorum pre multitudine quorum ecclesie grauabantur licite fuerunt 2 olim ante cõcilium lateranense concesse laicis decime mere spirituales vt notat Io.an.& doctores in.c.cũ apostolica. de his que fi.a prela.sine consen.cap.Multo fortius licitum est pape laico concedere istam perceptionem decime papalis.Curia tamen romana non fecit per tempora, nec facere intendit tales concessiones 3 perpetuas sed solum ad tempus ßm glo.in dicta cle.si beneficiorũ.in verbo ad tempus.Et propterea papa non sine ministerio in.d.cle. posuit verbum illud concedatur ad tempus, quasi significaret ꝙ talis concessio non solet nec debet per sedem 4 apostolicam fieri in perpetuum. ¶ Si tamen hanc perceptionem papa concederet laico vel principi seculari in

perpetuum teneret concessio secundum Car.zaba.in dicta cle.si beneficiorum.in.iiii.q. dicentem ꝙ licet quidam dicant ꝙ hoc casu quando conceditur in perpetuũ solutio debeat fieri non ẜm taxationem sed ẜm veram decimam fructuum qui percipiuntur,quia tunc non habet locum illa cle.que loquitur quando concessio fit ad tempus tamen sibi videtur ꝙ etiam si concessio fiat in ꝑpetuum solutio debet fieri secundum taxationem, quia illa cle.posuit verbum ad tempus non ad finem diuersificandi modum soluendi decimam sed ad finem significandi tantummodo ꝙ ista concessio nõ sit in perpetuũ Item cum ista decima sit extraordinaria,& non certificata de iure per taxationem consuetam certificabitur secũdum eum.

¶Decima papalis soluitur de quibuscunqȝ beneficiis regulariter.

Epithome.

1 Beneficium in casu solutionis decimæ papalis sumitur large.
2 Capellanie soluunt decimam papalem.
3 Clerici seculares,quorum prouentus non excedunt summã annuam septem flore.non tenentur ad decimã.
4 Cathedrales metropo.& patriarchales tenentur ad decimã papalẽ,licet impositio de his non faciat mẽtionẽ

Quest.lxxiii.

Septuagesimotertio quero,An decima papalis solui debeat de quibuscunqȝ beneficiis, Rñdeo ꝙ sic regulariter ẜm Cardi.in cle.si beneficiorũ. in prima. q.de deci.quia 1 verbum beneficium hoc casu large debet sumi,vt in.c.si tibi cõcesso de preben.li.vi.&.c.tua. de verbo.signi.& quod notat gl.in.c.i.de regu. iur.li.

vi.Et propterea dicit glo.i.in fi.in dicta cle.si beneficio
2 rum, q de capellanils + & beneficiis altarium solui de
bet decima papalis. ¶ Refert tamen Pau.de leaza.in di
3 cta cle. q Bonifacius papa octauus declarauit q clerici +
seculares quorum ecclesiastici redditus,& prouentus sū
mam annuam septem florenorum auri non excedunt nō
tenerentur ad solutionem decime papalis nisi vna perso
na haberet plura beneficia que simul collecta summam
predictam excederent in quantocunq; modico licetnul
lum beneficium de per se summam septem florenorum
attingat.Et per premissa infero q etiam de ecclesiis cathe
4 dralibus + metropolitanis,& patriarchalibus solui de
bet decima papalis quamuis impositio expresse de tali
bus non loqueretur.

¶ De redditibus eccle.deputatis ad fabricam sol
uitur decima,non de oblationibus.

Quest.lxxiiii.

Septuagesimoquarto quero, An deci
ma papalis solui debeat de deputatis ad fabricam eccle
sie.Respondeo q de redditibus ecclesiasticis deputatis
ad fabricam ecclesiarum solui debet, sed de oblationi
bus,& elimosynis,que dantur ad opus fabrice non soluū
tur decima papalis secundum Io.and.in clemen.si bene
ficiorum.in glo.i.de decimis.qui ita dicit contineri in
declarationibus pontificum quas innouauit Bonifacius
octauus,& cum glo.simpliciter transit Io.de imo.in di
cta clemen.

¶ Habentes prioratus grangias,& pensiones te
nentur ad decimam papa.secus in ha
bentibus ex contractu.

Q uest.lxxv.

Septuagesimoquinto quero, An habentes prioratus domos granglas pensiones vel redditus a monasteriis vel ecclesiis teneantur ad solutionem decime papalis. Respondeo ꝙ si habentes predicta habent illa in beneficium vel ex mera gratia tenentur ad solutionem decime papalis. ¶ Secus si habeant ex contractu conductionis ad firmam vel emptionis fructuum vel pro mercede, & remuneratione sui laboris, quia tūc illi quorum est proprietas, illa decimare debebunt secūdum glo. primam in dicta clemen. si beneficiorum. de decimis, que dicit ita contineri in declarationibus pontificum, & sequitur Ioā. de Imola ibi, Et vide quod scripsi supra in. xxxvii. questione.

¶ Decima papalis an solui debeat ex distributionibus que dantur ratione interessentiæ.

Epithome.

1 Distributiones quottidianæ non computantur in redditibus beneficii.

2 Mortuaria, & oblationes que fiunt ecclesiæ non computantur in redditibus.

Q uest. lxxvi.

Septuagesimosexto quero, An subsidiū pape seu decima papalis solui debeat de distributionibus, que dantur ratione interessentie vel de minutis oblationibus, que fiunt ecclesiasticis personis ratione ecclesiarū pro sepulturis, & dandis penitentiis. Respondeo ꝙ sic secundum glo. primam in dicta clemen. si beneficiorum, quā sequitur ibi Io. de Imola. & ita dicit glo. cōtineri

In predictis declarationibus pontificū, & innouatione Bonifacii octaui. Sed nisi essent declarationes ille hoc determinantes precise in isto casu contrarium dicerem,
1 Quia regulariter + distributiones quotidiane non computantur in redditibus beneficii nec in eius valore secundum dominos de Rota in nouis decis.cxxx.que incipit.Item quod quando impetratur.per tex.in.c.licet.de preben.&.c. vltimo.§.in illis.de concessio.prebend. libro.vi.quod etiā tenent domini de Rota in antiquis decisio.ccccvii. que incipit Nota quod non sufficit.& decisione septingentesima sexagesima sexta que incipit,Queritur an quotidiane.& Oldrad.consilio.cxviii.quod incipit,Ex virtute gratie.Et Io.and.in additio.Specu.in rubrica de cōcessio.preben.ver.demum querebatur. Et Petrus de anchara.in repetitione clemen.i.ver. quinto principaliter quero.de concessio.preben. ¶ Et idē nisi essent predicte speciales declarationes dicerem de mortuariis quia regulariter mortuaria.+ & oblationes seu in certe elimosyne que fiunt ecclesie vel rectori non computantur in redditibus seu valore beneficii secundum Io.andr.in additio,Specu.in dicta rubrica de concessio.preben.ver. demum querebatur.& Oldra.consilio suo.ccxvi. quod incipit,An obitus in mense facultatibus computetur.Et satis probatur per textum optimum in.c.vnico in fine de cler.non residen.libro.vi.vbi deciditur idem iudicandum de eo quod obuenit ex mortuariis vel anniuersariis quod iudicatur de distributionibus quotidianis, quod tamen esset intelligendum,& limitandū, vt pulchre declarat Petrus de ancha. in repetitione dicte clemen.prime in vltima carta de concessio. prebend. Sed postq̄ in hoc casu specialiter aliter declaratum est decla tioni,vt dixi stādum est.l.prospexit.ff.qui,& a quibus manu.liber. non fi.&.c. in memoriam. decimanona distinctione.

¶ De bonis monasteriorum, & religiosorum decima papali solui non debet.

Epithome.

1 Agris nostris sitientibus alios irrigare non debemus.
2 Decime spirituales solui debent etiam de exiguis redditibus.

Quest.lxxvii.

Septuagesimoseptimo quero An de bonis monasteriorum, & religiosorum solui debeat decima papalis. Refert Paulus in clementi. si beneficiorum. de decimis per Bonifacium octauum fuisse declaratum ꝙ monasteria monialium, & aliorum regularium, quorum redditus, & prouentus sunt adeo tenues, & exiles ꝙ de illis sustentari non possunt, sed pro habenda vite sue sustentatione habent publice mendicare non teneantur ad solutionem decime papalis. Et hanc declarationem etiam refert, & sequitur Gasp. calde. in titulo de senten. excom. consilio. ix. Et certe fuit satis equa illa decisio, quia agris ✝ nostris sitiētibus alios irrigare non debemus, vt dicit tex. in. l. prefes. C. de seruitu. Ad hoc c. non satis. lxxxvi. di &. c. non mediocriter de conse. distinc. v. ¶ ✝ Licet aliter dicamus in decimis cōmunibus, & spūalibus quoniā ille solui debent, quāuis soluens non habeat tantū in redditibus ꝙ possit se, & familiam suam sustentare, quia ille nō tantū debētur ecclesie sed ēt deo, & soluuntur in honorē dei, vt declarant Io. and. Anto. de butri. & doctores in. c. cum homines. de decimis. & est gl. in. c. qa tua. xii. q. i. & in. c. qcūꝗ recognouerit. xvi. q. vii. Et tenet Raymū. in sūma de decimis vltra mediū versi. quid si aliquis lōgo tēpore, & Hosti. in summa de decimis. §. vtrū prescribantur. versi. octauo queritur de his qui longo tempore.

¶De pictantiis monachorū, vel aliarū persona rum ecclesiasticarum decima papa lis solui non debet.

Q uest.lxxviii.

Septuagesimooctauo quero, An de pictantiis monachorum vel aliarum personarum ecclesiasticarum ab extraneis liberaliter factis solui debeat decima papalis. Dic ꝙ non, vt continetur in dicta declaratione Bonifacii octaui, vt refert Paulus in clemen. si beneficiorum, de decimis, vbi etiam continetur ꝙ de relictis a Christi fidelibus vt de eis ecclesie emantur perpetui redditus non debet solui decima papalis sed emptione reddituum facta de fructibus postea annuatim perceptis soluetur decima papalis. Ibi etiam continetur ꝙ de syluis & nemoribus que non consueuerunt vendi nihil soluetur nisi durante decima contingerit veros dominos aliquid de eis percipere, quia tunc de percepto soluetur decima papalis. Ibi etiam continetur an decima papalis solui debeat de procurationibus que soluuntur visitantibus, vel nō visitātibus, & de obuenientibus ex iurisdictione imperio regalia vel regalibus, vel de his que obueniunt ex pascuis herbagiis vel piscariis.

¶Beneficiatus ex fructibus horti quos vendit non tenetur soluere decimā papalem.

Epithome.

1 [Q uod percipitur ex venditione fructuum horti nō est redditus, neq; prouentus,

2 Decimæ communes, & spirituales soluuntur de fructibus horti, & omnibus aliis, que percipiuntur.

¶Q uest.lxxix,

Septuagesimo

Septuagesimonono quero, An beneficiatus habens ortum ex quo percipit fructus, quos interdum vendit teneatur ex eo quod percipitur ex venditione illorum fructuum soluere decimam papalem. Credo quod nõ per id quod notat Cardi.zaba.in clemen.exiui.§.licet. versi.tertio nota, de verbo. signi per illum tex. in verbo ad naturam, & formam prouentuum appropinquat. 1 † vbi probatur quod illud quod percipitur ex venditione fructuum horti non est redditus neque prouentus, sed appropinquat nature prouentuum secundum Cardin. ibi. 2 † In decimis tamen cõmunibus, & spiritualibus aliter dicẽdum est, quia tales decime de his, & omnibus aliis que percipiuntur sunt soluende, vt est tex. in. c. ex parte. el. ii. & c. non est deci. ad hoc. c. peruenit, & c. nuncios. eodem. titu.

¶ Decima solui debet secundum taxationem, & si nulla est fieri debet de nouo, & quomodo fiet.

Epithome.

1 Soluturus decimam iurabit super valore fructuũ illius anni,
2 Stabitur iuramento illius super valore.
3 Iuramentum precedet taxationem.
